

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

TOPOGRA PHIA ANTIQVAE ROMAE.

IOANN E Bartholemæo Marliano
Patritio Mediolanensi
autore,

VIRTVTE DVCE,



COMIT E FORTUNA.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGDVNIS,
1534.



FRANCISCVS

RABELAESVS MEDICVS

Clariß. doctissimoq; uiro D. Ioanni Bellaio

Parisiensi Episcopo, Regisq; in san-
ctiori confessu consiliario

S. P. D.



GENS ille beneficorum cumulus, quibus me nuper augendum ornandumq; putas? Antistes Clarißime, ita in memoria mea penitus insedit: nullo ut euelli modo, aut in obliuionem diuturnitatis adduci posse confidam. Atq; utinam mihi tam esset immortalitati laudum tuarum satisfacere expeditum, quam certum est meritam tibi gratiam usq; persoluere, teq; si no paribus officijs (qui enim possem?) at iustis tamen honoribus, et memori mente remunerare. Nam quod maxime mihi fuit optatum iam inde ex quo in literis politioribus aliquem sensum habui, ut Italiam peragre, Romamq; orbis caput inuisere possem, id tu misifica quadam benignitate prestitisti, perfeciistiq; ut Italiam non inuiserem solùm (quod ipsum per se plausibile erat) sed etiam tecum inuiscrem, homine omnium quos cœlum tegit doctissimo, humanissimoq; (quod nondum constitui quanti sit aestimandum). Mibi sane pluris fuit Romæ te, quam Romam ipsam uidisse. Romæ fuisse, fortis cuiusdam
* 2 est in

est in medio omnibus tantum non mancis & membris
omnibus captis positiæ: Vidiſſe uero Romæ te incredibili
homunum gratulatione florentem, uoluptatis: rebus ge=
rendis interfusse, quo tempore nobilem illam legationem
obires, cuius ergo Romam ab inuictissimo rege nostro
FRANCISCO missus eras, gloriæ: affiduum tibi fuisse
cum sermonem πορταν κεταν την Βερτεβιας Βασιλεων in
illo orbis terræ sanctissimo grauiſſimoq; consilio infer=
res, felicitatis fuit. Que nos tum iucunditas perfudit, quo
gaudio elati, qua sumus affecti lætitia, cum te dicentem
spectaremus, stupente summo ipso Pontifice Clemente,
mirantibus purpuratis illis amplissimi ordinis iudicibus,
cunctis plaudentibus? Quos tu aculeos in eorum animis
a quibus es ipse auditus cum delectatione reliquisti?
Quanta in sententijs argutia, in differendo subtilitas, ma=
iestas in respondendo, acrimonia in confutando, libertas
in dicendo enitebat? Dicțio uero illa tua erat pura sic, ut
Latine loqui penè solus in Latio uiderere: sic autem gra=
uis, ut in singulari dignitate omnis tamen adesset huma=
nitas ac lepos. Animaduerti equidem sæpen numero uiro=
rum illic quicquid erat naris emunctioris uocare te Gal=
liarum florem delibatum (quemadmodum est apud En=
nium) prædicareq; unum post hominum memoriam an=
tistitem Parisiensem uere παρηγοραῖον, & uero etiam
cum **FRANCISCO** rege agi perbellè, qui Bellaios ha=
beret in consilio, quibus haud temere Gallia ullos aut
gloria clariores, aut autoritate grauiores, aut humani=
tate politiores tulit. Ante autem multo quam Romæ esse=
mus, ideam

mus, ideam mihi quandam mente & cogitatione formae
ueram earum rerum quarum me desiderium eò pertra-
xerat. Statueram enim primum quidem uiros doctos,
qui ijs in locis lactationem haberent, per quæ nobis uia
esset, conuenire, conferreq; cum eis familiariter, & au-
dire de ambiguis aliquot problematis, quæ me anxiu-
iandiu habebant. Deinde (quod artus erat meæ) plan-
tas, animantia, & pharmaca nonnulla contueri, quibus
Gallia carere, illi abundare dicebantur. Postremo sic
Vrbis faciem calamo perinde ac penicillo depingere, ut
ne quid esset, quod non peregre reuersus municipibus
meis de libris in promptu deponere possem. Eaq; de
re farraginem annotationum ex uarijs utriusq; lingue
autoribus collectam mecum ipse detuleram. Ac primum
quidem illud et si non usquequaq; pro uoto, haud male
tamen succeßit. Plantas autem nullas, sed nec animan-
tia ulla habet Italia, quæ non antè nobis & uisa essent
& nota. Vnicam Platanum uidimus ad speculum Dianaæ
Aricinæ. Quod erat postremum, id sic perfeci diligenter,
ut nulli notam magis domum esse suam, quam Ro-
mam mihi Romæq; uiculos omnes putem. Neque non
tu quod temporis uacuum erat in celebri illa tua & ne-
gociosa legatione, id lubens collustrandis Vrbis monu-
mentis dabas. Nec tibi fuit satis exposita uidisse, eruen-
da etiam curasti, coempto in eam rem uineto non con-
temnendo. Cum itaq; manendum nobis illic esset diutius
quam sperabas, & ut mihi studiorum meorum fructus
aliquis constaret, ad Vrbis topographiam aggrederer,

* 3 ascitus

ascitis mecum Nicolao Regio, Claudioq; Cappuifio,
domesticis tuis iuuibus honestissimis, antiquitatisq; stu-
diosissimis, ecce tibi excudi coeptus est Marliani liber.
Cuius mihi quidem ita leuationi confectio fuit, ut esse
solet Iuno Lucina cum ægre parentibus adest. Eundem
cñim foetum conceperam, sed de editione angebar equi-
dem animo atque intimis sensibus. Et si enim argumen-
tum ipsum excogitationem non habebat difficilem, non
facile tamen uidebatur rudem & congesitiam molem
enucleatè, aptè, & concinnè digerere. Ego ex Tha-
letis Milesij inuento, sublato Sciothero Vrbem uicatim
ducta ab orientis obeuntisq; solis, tum Austri atque
Aquilonis partibus orbita transuersa partiebar, ocu-
lisq; designabam: Ille à montibus graphicen maluit au-
spicari. Hancce tamen scribendi rationem, tantum abest
ut reprehendam, ut ualde ego ipsi gratuler, quòd id
ipsum cum agere conarer, anteuerterit. Plura enim unus
præstitit, quam expectare quis ab omnibus seculi hu-
iusce nostri quamlibet eruditis potuisset. Ita thesim ab-
soluit, ita rem ex animi mei sententia tractauit, ut quan-
tum ipsi studiosi omnes disciplinarum honestiorum de-
beant, quominus tantundem ego unus debcam non re-
cusem. Molestem id demum fiat, quòd clara principis
patriæq; uoce reuocatus urbe ante ceßisti quam ad um-
bilicum liber esset perductus. Curaui tamen sedulo, ut
simul atque in uulgu editus esset, Lugdunum (ubi se-
des est studiorum meorum) mitteretur. Id factum est
opera & diligentia Ioan. Seuini hominis uere volup̄tate,
sed nescio

sed nescio quomodo missus sine epistola nuncupatoria.
Ne igitur in lucem sic ut erat deformis & ueluti
āκέφαλος prodiret, uisum est sub clarissimum no=
munis cui auspicijs emittere. Tu pro sine
gulari tua humanitate boni omnia
consules, nosq[ue] (quod facis)
amabis. Vale. Lug=

duni pridie Cal.

Septemb.

1534.

IO. BARTH.

LEMAE I MARLIANI PA
TRICII MEDIOLA

nensis Antiqua Romæ To=
pographia. Liber
primus.

De situ urbis.

C A P . I.



VONIAM, quidquid in rerum natura existit, necesse est id certis finibus contineri, certoq; determinari loco: ideo facturus operæ pretium mihi uideor; si, quemadmodū solēt Cosmographi, priusquam ad ædificiorum urbis declarationem aggrediar, pauca quædam de situ ipsius attigero. Quod haud scio cur à ceteris, in hoc scribendi genere uersatis, sit prætermissum: nisi forte præsentibus hominibus, temporibusq; tantum satisfacere cupientes, huiusmodi laborem sibi superuacuum fore sint arbitrati. Me autem, quem haud ingratum etiam futuris, exterisq; nationibus præstare oportet, summa ope niti decet, ut ab illis, quacunq; ratione omissa, diligenter explere ualeam, ne Luciani fabulam quandam imitatus, in aëre, aranearumq; campo ædificia ipsa instaurasse, uel potius sparsisse iudicer. Quare cum nobis, sicuti poëtis, non liceat, etiam in re ardua, & difficulti, à deorum immortalium invocatione, licebit

a saltem

2 ANTIQVÆ ROMÆ TOPOGR.

Saltem ab illorum domicilio, id est, à capitolio, aufficari.
Capitolinus mons. Capitolinus igitur mons, maiorem ubi ostendit latitudinem, secundum pedis Romani antiquam mensurā, octingentos non excedit pedes: longitudo uero prospicies occasum æstuum, mille & quingentos. habet autem utruq; cornu in hemicycli formam, & in orbem septē stadia amplexatur: à quo, secundum longitudinem, conualle eiusdem, uel paulo amplioris, latitudinis disternatur
Palatinus. mons Palatinus: qui uno latere pedū sexcentorū huic ita imminet, ut Capitolium utruq; ultra ipsum porrigit cornu. Secundum uero latus eiusdem in ortum æstuum uergens, est primo pedibus centum prolixius. A tertio, ortu hyemalem, Coeliumq; monte respiciente, duplii ferè longitude superatur. Quartū, ceteris omnibus maius, circum continet Maximum: è regione uero Auentinum spe stat. Constituens itaq; quadrangulum quatuor laterum inæqualium mille, & ducentos passus continet Palatinus. Ad secundū latus cuius iacet planicies, que à capite fori Romani ad extremā collis Quirinalis partem in Suburram uergentem, quingētis perficitur pedibus: interdum tamen latitudo hæc uariatur. Longitudo autem cōprehensa ab utraq; fronte inter Capitolium, forū Nervæ, & Coelium montem: atq; hinc ab eodē Cœlio, & Palatino: inde uero à Suburra, & Esquilis, quoad S. Marcellini ædem attingat, nulle propè adimplet passus. Ad alterum autem Capitoliū cornu, altera est planicies, que apud Marcelli theatrum, unde principium habere uolumus, ab ipso monte ad Tyberim in quingentos extensa est pedes: mox uero, è regione conuallis, de qua in principio egimus, quia fluvius

fluvius ipse cursum oblique flectit. Auentinusq; mōs à Pa
 latino recedit, latius diffunditur, coarctatur deinde inter
 eosdē montes, secundū uariam eorū formam, usq; ad Cœ=
 liolum, ulterius usq; ad portam Capenam, ipsa tantum uia
 Auētinus à Cœliolo dirimitur. Longitudo à dextera Ty
 berim, & Auentinum: à sinistra Capitolii, Palatinum, &
 Cœliū habet, milleq; passibus uix transfigitur. Capitolij,
 Palatiniq; montis situ descripto, hisq; campis, terminisq;
 circum septo, cum Cœlius tertius urbi fuerit additus, tertio
 ordine iure sequi uidetur: hic enim planicie Pyramidis for
 mam ita constitente, ut basis quingentorū pedum prope
 amphitheatrū sit, à Palatino disiungitur. In ea autem est
 uia Appia, quæ apud circum Maximū sola Cœlium à Pa
 latino disternat, tenditq; ad portam Capenā, relinquēs
 à sinistra inter Cœlium, & Cœliolum uallem pedū sexcen
 torum latitudine, secundum eandem uiam: nam ad portam
 Gabiusam circa dimidiam partē angustior uidetur. Longi
 tudo à uia Appia ultra eandē portam progrediēs, stadia
 quatuor continent: succedunt deinceps moenia ad stadium,
 quæ ad portam Asinariam usq;, cū Cœlio iunguntur. Cœ=
 liolum igitur hac ualle, uia Appia ab ortuq; æstiuo, atq;
 hyemali moenibus urbis clauditur: ambit autē prope mille
 passus. Sed ad Cœliū reuertanur. hic ab ipsa Asinaria, se=
 cundum muros urbis, in ortum æstiuum per quatuor ferē
 stadia fertur: occurruunt deinde muri à fronte ad stadia
 duo, usque ad portam Nœuiam, à qua redeundo in occa=
 sum æstiuum uia Labicana ab Esquilijs dispartitur. mox
 etiam à fronte apud S. Marcellinum sese offerens ad am=
 phiteatrum usq; progreditur. Ambit autē duo mille, ex

a 2 quing

4 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.

quingentos passus: uariaturq; eo modo, ut nulla certa forma ei constitui posse uideatur: quemadmodū nec sequentib; Nam Auentinus quartus in ordine duos montes cōplecti uidetur, parsq; ad Tyberim latior ad dimidium ipsius montis, secundum longitudinem à Tyberi ad moenia existentem, qualem formam constituere uidetur, mox enim prope portam Hostiensem scinditur uia obliqua, quæ ad angulum Circi Maximi, & Cœlij montis ducēs, à dextera alteram Auentini montis partem relinquit, diuisam à Cœlio uia Appia usq; ad portam Capenam, à qua ad Hostiensem muri interius sensim curuati à meridie, ortuq; hyemali hanc includunt, Ambitum autem totius Auentini nō magis ex nostra dimēsione quam ex uerbis Diony, libet ostendere, qui tertio libro sic ait: Ancus Auentinum collem modice editū, in orbem, stadia fermè decem & octo cōpletentem, muro cinxit. In decimo tamē haud minus duodecim stadijs esse tradit. Sed huius diuersitatis dubium tollit ipse dum subiungit, Non enim totus M. Valerio, & Sp. Virginio Coss. habitabatur, sed erat publicus, & syluarū plenus. Habet autem Auentinus ab occasu solis hyemali campum late patentem quadrangulū quatuor laterum inaequalium cōstituentem: quorum primum in meridiem uergens sex propemodum cōtinet stadia, & quinq; in occasum: urbisq; mœnibus ambo cinguntur, secundo oppositū parū minori transigitur spatio: quatuor uero stadijs quartū Tyberim, inter hunc ipsum campum & Transtyberinam regionem fluentē, respiciens. Sequebatur recto ordine Ianiculus mons, uerum cum ab Anco Martio, non inopia loci, sed ne aliquando arx hostium esset,

esset, additus sit urbi, commodius relinquetur ad eam partem, quæ Transtyberinam regionē percurret. Ad Esquī Esquilīas. lias igitur transeamus: quas à meridie via Labicana, ab occasu uero aëstiuo, ualle inter Cœlum, Palatinū, & ipsas Esquilias posita, diuisimus. A septētrione autē Suburra, & deinceps uicus Patricius à Viminali colle, usq; ad thermas Dioclitiani, dirimunt: ulterius enim iunctæ cum eodē colle usq; ad moenia uidentur: secundum quæ in portam Esquilinam latius diffundūtur. Ambitus autē quatuor milibus pas. uix perficitur, nullā certam habens formam, uallesq; interdum breues includuntur, ut iure optimo Var. Esquilias ipsas duos esse montes dicat, in pluresq; diuidat partes. At Viminalis collis ab occasu Quirinale respicit: Viminalis. interiacet autem circa stadiū Suburra, quæ plana appellatur: deinceps à septētrione, inter eosdē colles, uallis Quirinalis, quatuor iugerum latitudine, lōgitudine uero statiorum duorum cū dimidio. Mox enim Viminalis, ut cum Esquilijs, ita cum Quirinali, usq; ad moenia iungitur, ut nullo modo dirimi posse uideatur, quod accidisse arbitramur, quia montes iactis fornicibus sunt æquati, & nedum depresso locis superimpositi sunt amplissimi fornices: uerum ipsis etiam montiū uisceribus excavatis, perfoſisq;, tota penè urbs (ut ait Plinius) pensilis facta est. In orbem autem Viminalis ipse duo millia, & quingentos continet passus: oblongam, sicuti Quirinalis, habēs formam, sed latitudo uariatur. Quia demōstratum est quid habeat Quirinalis. Quirinalis à dextera, cōsequens est reliqua percurrere. A fini stra enim recta à turri Militiarum ad stadia quatuor, planam urbē ad occasum pertinētem, despicit: tertio uero la-

a 3 tere,

tere, ad stadia sex, collem Hortulorum, in aquilonem conuersum. Interiacet autem uallis latitudine, ubi maior, quatuor iugerū, ad portam Salariam usq; propemodū producta. Circuit Quirinalis nullia passuum ferè tria, sex, secundum Var. urbis montibus, atque una conuallibus iam Collis Hortulorum ostensis, his collem Hortulorum quanquam extra antiquum fuit pomerium, addere, nō absurdum opinamur: ut omnes partes Planæ urbis melius intelligentur, faciliorq; sit cognitio eorū, que suis locis ueniuunt declaranda. Is igitur collis ualli Martiæ inter se se, et Tyberim. iaceti ad stadia ultra tria plurimus incumbit: cuius lōgitudo à porta Flumentana ad Collatinam, secundum muros urbis, cæteris lateribus est longior: nam nullibus passibus uix perficitur: et in medio sui ad instar curuati ad cibitum brachij existit: quanto enim magis ad Collatinam accedit, eo ampliorem præbet campum: et in orbem stadia decem, et octo plus, minus amplexatur. Tempus est iam in Planā urbem descendere, quæ à Capitolio inchoās, ad portam Flaminiam nūc terminatur ab ortu æstiuo, siue Septentrione, curriculo octo propemodū stadiorū, Quirinali, Hortulorumq; colle septa: ab occasu uero paulo maiori spatio Tyberi alluitur: ideo maiori spatio diximus, propter ripas ipsius fluminis retortas. Quod si ab ea parte collis Hortuloru, quæ Domitiani naumachie imminet, lineā rectam deduxerimus: stadijs duobus peractis, ad ripam eiusdē flu. è regione molis Hadriani peruenimus, quatuorq; laterū inæqualium, passuum ultra tria milia cōplete mentem, quadrangulum constituemus. Relinquitur autē extrā uallis Martia, quāta est inter collem Hortulorum,

tulorū, mœnia urbis, et T yberim, cuius latitudo, quō magis accedit ad portam Flaminiam, eō magis arctatur. Reliquum erat in Transtiberinā regionē transire, sed prius uidendū est quo cursu ipsam ab urbe T yberis intersecet. Hic enim urbem ingrediens, murorumq; extremam partem, Flaminianiq; portam à sinistra relinquens, quanta est uallis Martie longitudo, fluxu parū obliquo, et retorto defertur: mox uero sensim à septentrione in occasum cōuersus hemicycli formam cōstituit: cuius cōnexum Vaticanus, concauum uero Martius existat campus: deinceps, infra molē Hadriani, ad pristinum cursum redit, usq; ad primas Auentini radices: ubi oblique in meridiem uersus defluens, haud longe à porta Portuensi, urbem egreditur. At ipsius regionis situm aggrediamur. Prius tamē sciendum est Ianiculi mōtis partem, ultra dimidiam, intra mœnia nō esse comprehensam. Ea autē pars quæ à campo Vaticano ad stadia tria in meridiem est extensa, flumini quādem adiacet: reliqua uero mūris clausa, quanto magis feretur ad exitū eiusdem fluminis, latiorem relinquit campum. Muri enim urbis ab ipso flumine rectā in occasum per stadia tria ascendunt, mox per dorsum ipsius Ianiculi, totidē ferme peractis in æqualē descēdunt planiciem, inde breui spatio ad exitum T yberis perducti cū fluvio ipso rhombi formam propemodum cōstituunt, cuius latior pars à porta Aurelia incipiat, definat autem ad portam S. Mariæ nunc Aegyptiacæ. Ea autem pars Ianiculi, quæ est mūris circundata, quinq; continet stadia. Ambit autem tota hæc transtiberina regio cum Ianiculo mil. paſuum circa tria. Hæc de situ urbis: cui et collem, et campum Vatican-

num addere non inconueniens esse duximus. Dicendum est
 enim Ianiculi partem à campo Vaticano initium sumere:
 supra quem campum uersus occasum, collis eiusdem nomi-
 nis attollitur, qui duo porrigit cornua: unū ad Ianiculū,
 alterum in septentrionem, arcumq; maxime intensem effi-
 cit, cuius cōnexum mille passus cōpleteatur. Ab ipso uero
 colle diffunditur ad T yberim planicies longe, lateq; pa-
 tens, à sinistra mōtibus cincta, qui in longitudinem stadia
 circa decem producti, cum T yberi efficiunt latitudinē ua-
 riam: quam totam, quanta his collibus adiacet, Vaticanum
 appellant campum. In hac autem dimensione quantum la-
 boris sumpererimus, ne quispiam magis mihi credat, quam
ANTONIO Alegreto, & ANNIBALI Charo iuue
nibus multiplici uirtute ornatis, ac LUDOVICO Fabro
 Fanensi, uiro probō, egregieq; docto, qui eiusdem labo-
 ris participes fuere. Et si aliquis nimis seuerus rerū æstia-
 mator hanc, uel illam nō probet mensuram, tanquam cer-
 tis stadijs, aut numeris recte non sit deducta: ob eam rem
 desinat mirari, quod forma urbis adeò est mutata, ut pri-
 stini situs uestigium uix retineat, neq; Romulus ipse, si
 reuiusceret, ubi suam posuisse urbem agnosceret, quod
 accidisse certum est, propter ædificiorū ingentes ruinas,
 quibus plurimis in locis montibus ualles ita sunt æquate,
 ut ubi montes ipsi incipiāt, aut desinant nō facile possit
 dignosci. Arbitramur tamen, uel sic, hanc descriptionem
 non inutilem fore ijs, qui urbem non uiderunt: & etiam
 ijs, qui eam contemplati sunt. Quia cum multa prisca per
 ea, quæ nunc sunt, exponantur, eaq; dominum mutant,
 aut corruant uetus state: cum ipsi saepe priscorum ædificio-
 rum

rum cognitionem amittimus : quod accidere nequaquam poterit, si ex situ descriptione, singulis rebus proprium locum, quoad fieri poterit, assignauerimus.

De primis cultoribus, & conditori
bus urbis. C A P . II.

VRbum Romam in occiduis partibus, iuxtaq; Tyberim flumen positam, atq; centum, & uiginti stadijs à Tyrrheno mari distantem, barbari Siculi primū omnū Siculi. tenuere. Antea uero neq; ut habitata sit, neq; ut deserta fuerit, quod dicamus, nihil certi habemus. Mox autē Abo Aborigines. rigines, duce Oenotro Lycaonis filio, ex Arcadia ad in= Oenotrij. quisitionem agri melioris sponte hoc profecti, his expul- sis, locum occuparunt. Quibus deinde Pelasgi, & aliorū Pelasgi. Græcorum quidam errabundi, profugiq; ex Thessalia admixti, auxilio eis ad bella cum populis finitimis, fuere. Permanserunt autem in his sedibus usq; ad bellum Troia num, priscam illam Aboriginum appellationem seruan- tes. Horum autem regem Saturnum fuisse memorant: qui Saturnius. Cretæ rex habens cum Ioue filio de agris contentionem, bello expulsus, in Italiam uenit : & cum usus vinearum, Ianus. & falcis Ianum docuissest, ab eo in partem imperij est ad- missus: ceterum Iano defuncto ad eum solum imperium forte peruenit. Annis deinde sexaginta, ante res Troid- nas, ferunt Arcades ex urbe Palantio exeuntes, sedemq; duce Euandro querentes, atq; in hunc locum, ubi nunc Euander. Roma est, delatos, à Fauno Aboriginum rege, & beni- gne susceptos esse, & agri portionem accepisse, illosq; colle haud procul à Tyberi distante electo, struxisse ca- stellum, Palantiumq; à metropoli eorum in Arcadia, ap- pellasse.

45

pellasse. Paucis uero annis interpositis aliam classem grecam, ducente Hercule, eandem tenuisse regionem, ex hisque quosdam missionem ab eodem Hercule precatos, in colle, qui tunc Saturnius dicebatur, posuisse sedem. Hos Peloponnesos, Phanetas, & Epios, qui ex Elide, fuisse cōprio: quibus nullum erat amplius desiderium reditus, euer sa eis patria ab Hercule. Hi aliquantulum temporis rem suam separatim administrarunt: ceterum haud ita multo post uicti, leges, sacra, cum Aborigine sacris conferentes, sicuti Arcades, & prius Pelasgi fecerāt, ciuitatis eiusdem participes facti sunt. Secunda uero etate, post Herculis profectionem, Latinus ex filia Fauni, autore Trogo, uel, ut alij dicunt, ex Hyperboride stupro conceptus, Aborigine rex fuit: quo regnante Aeneas post Ilij di-

Latinus. reptionem, in Italiam cum appulisset, prælio statim exceptus est: cumque in aciem exercitum duxisset, ad colloquiū vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut in societatem imperij receptus, Lauiniaque in matrimonium ei data, gener ascisceretur. Hic deinde Aborigines, Trojanosque communī nomine Latinos nominauit. Post hæc

Aeneas. Turnus. utriusque bellum aduersus Turnum Rutulorum regem, propter fraudatas Lauiniae nuptias, fuit, in quo Turnus, & Latinus interierunt. Quare Aeneas, saceri regnum suscipiens, quarto anno imperij sui in bello aduersus Mezen-

Ascanius. tium Hetruscorum regem, occubuit. In cuius locum Ascanius filius succedens trigesimo anno, post Lauiniū cōstitutionē, Alban cōdidit. Anno deinde octavo, & trigesimo, mortuo Ascanio, eius frater Sylvius, post mortē Aeneae ex Lauinia natus, imperium accepit: cumque unde triginta imper

imperasset annos, Aeneas Sylvio reliq: hic uero post Aeneas Syl-
 unū, & triginta Latino Sylvio: Latinusq; post quinqua- uis.
 ginta Albæ, qui undequadraginta illud tenuit: post eū ui= Latinus Syl-
 ginti quatuor Atys, deinceps Capys uiginti octo: inde Ca Alba.
 petus tredecim, & Tyberinus poste a octo. Tyberino suc Atys.
 cedens Agrrippa, quadraginta regnauit annos: Romulus Capys.
 deinde undetriginta, post hūc triginta, & septem Auëti= Capetus.
 nus, q Proce imperiū ipsum per manus tradidit. Proca ui Tyberinus.
 ginti, & tres imperauit annos, Numitoremq; & Amu= Agrippa.
 liū procreauit. Amulius duos, & quadraginta annos re= Romulus.
 gnū, qd' Numitori fratri seniori debebatur, haud iure oc= Auentinus.
 cupas, filiam eius Rheam, ne quis uindex regni sexus uiri Procas.
 lis ex genere Numitoris oriretur, Vestæ sacerdotē fecit. Numitor.
 Quæ duos pueros incerto stupro, an ex Marte, conce= Amulius.
 ptos, enixa est: quos Amulius exponi iuſſit. Sed fortuna Rhea.
 origini Romanæ prospiciens, pueros lupæ alédos obtulit:
 quæ cum ſæpius ad paruulos, ueluti ad catulos reuertere
 tur, rē Faustulus pastor animaduertit, subtractosq; feræ
 cum Accæ uxori, que meretrix erat, nutriendos dediſſet,
 grādiſculos inter greges pecorū agresti deinde uita nu-
 triuit. Quod aut à lupa dicātur educati, fabulosum figmē
 tū est, ad celandā autoris Romani generis turpitudinē,
 nec incōgrue factū est, nā et meretrices lupas uocamus, cō
 statq; hoc animal ī tutela esse Martis, iuxta illud: Martius
 à stabulis rapuit lupus. Nomina autē pueris alteri Remo,
 alteri Romo, siue Romulo fucre. Adultis inter pastores Romulus.
 de uirtute quotidiana certamina, uires, & perniciitatē au= Remus.
 xere. Igitur cū latrones à rapina pecorū frequēter sum=
 mouerent, Remus ab his captus, regi offertur, criminiq;
 datur,

datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc à rege in ultionem Numitori traditur, qui adulescentia iuuenis permotus, in suspicionem expositi nepotis adducitur: et cum eum nunc lineamentorum filiae similitudo, nunc ætas expositionis anxium teneret, Faustulus cū Romulo superuenit, à quo origine cognita puerorū, facta coiuratione Amulum interficiunt, Numitoriq; auctoratum regnum restituunt. Sequenti uero anno regni Numitoris quadringentesimo trigesimo secundo (ut tradit Cato) post Ilium captū, duodecimo Cal. Maias hora post secundam,

Roma condita. ante tertiam, Romanam, ubi expositi fuerant, condiderunt.

Et quanq; ut de tempore, ita de cōditore, mira inter scriptores uarietas existit, cōmunis tamen opinio Romulum Martis filium urbis autorem habet. Vnde Cicero de nat. deorum: Principio urbis parens Romulus nō solū aūspicato, sed ipse etiam optimus augur fuisse traditur. Solinus etiam post nonnullorum uarias de urbis autore, opiniones subdit: Verius tamē putant à Romulo conditam Romanam eam, que quadrata dicta est. Seruius autē grammaticus de Vrbis origine anceps, Conditarum, inquit, urbium dissensio inuenitur, adeo ut ne urbis quidē origo diligenter possit agnosci. Nam Sallustius dicit: Vrbem Romanam, sicut ego accepi, cōdidere, atq; initio habuere Troiani, et cū ijs Aborigines. Alij ab Euādro, secundū quos Virg.

Tunc rex Euandrus Romanæ conditor arcis.

Alij à Romulo: ut,
En huius nate aūspicijs illa inclyta Roma.
Si igitur tantæ ciuitatis certa ratio non appetet, non mirum si in aliarum opinione dubitatur. Vnde nec historicos,

cos, nec commentatores, uarie dicentes, imperitiæ con-
demnare debemus. Nam antiquitas in multis creauit erro-
rem: & pleriq; fundat, pleriq; augent, & ad se transfe-
runt nomina. Nam Romam etiam Romulus fecisse dici-
tur, quam ante Euander condidit. Romulum autem, non
Remum, Romanæ urbi, & ciuibus nomen dedisse ferunt:
quia captatis augurijs, Remus prior sex uultures uidit:
Romulus mox duodecim, que res, cum unus tempore, al-
ter numero certaret, bellum creauit: in quo extincto Re-
mo, à Romulo Romani sunt denominati.

De forma, & magnitudine urbis

Romuli.

C A P . I I I .

VRbis nouæ figuram quadrangularem Romulum
designasse autor est Plut. & Dionysius. Quadra-
tam Romā appellatam tradit Solinus, eò quod æquilibra
foret posita. Sed ut de forma certa est opinio apud scripto-
res, ita de ambitu, quibus'ue terminis finiretur incerta, &
uaria. Liuius enim refert Romulum Palatinum primum,
in quo erat educatus, muniuisse: & Gellius antiquum po-
merium ab Romulo institutum Palatini montis radicibus
terminatum. Secundum hos bene procedit, quod ait Cor.
Tac. Capitolium Romanumq; forum à Tatio rege Sabi-
norum urbi additum: cuius uerba sunt hæc: Initium igitur,
& quod pomerium Romulus posuerit noscere, haud ab-
surdum reor. Igitur à foro Boario, ubi æreum tauri simu-
lachrum afficimus, quia id genus animaliū aratro subdi-
tur, sulcus designandi oppidi coepitus: ut Magnā Hercu-
lis aram amplecteretur. Inde certis spatijs interiecti lapi-
des per ima montis Palatini ad aram Consī, mox ad Cu-
riæ

rias ueteres, tum ad sacellum Larium, forumq; Romae num, Capitolium non à Romulo, sed à Tito Tatius additum urbi creditur. Sicq; manifestū esset Tatium deducto muro à saxo carmetali in occasum ad uiam, quæ nūc haud longe abest à Tyberi: inde in meridiem usq; ad circi Maximini partem extremam, conuersoq; mox in ortum aestuum, paulo ultra Amphitheatrum, hincq; ad forum Nerae, et tandem ipsum murum cum altero cornu Capitolij coniungentem, Capitolinum, et Palatinum montem inclusisse. Sed cum constans sit opinio Carmentalem portam ad radices Capitolij sitam, in noua urbe à Romulo comprehensam, Liuiusq; in bello aduersus Sabinos Capitolium urbis arcem fissè ostēdat: cumq; in urbis ampliatione post Romuli mortem quid, quōue tempore, et quibus regibus additum sit commemorans, nullam de Capitolio, tanquā de primæ urbis parte, faciat mentionem, existimamus urbem à Corn. de scriptam, non magis Tatij regis, quam Romuli esse monumentum: nec obstat quod Liuius dicit Romulum primum Palatinum, in quo erat educatus, munuisse: in eo enim uerbo primum, uim esse hanc opinor, ut munito prius Palatino, urbem cōdiderit: Sicut eodem in bello ipse Romulus testatur, dum precatur Iouem, ut suorum fugam sistat: Hic, inquit, in Palatio prima urbi fundamenta ieci. Si prima, ergo alia postmodū iece- rat fundamēta urbis, illius dico, quam, cōtra eiusdē Corn. opinionē, incipere à sylua, quæ erat in Ara Apollinis, et ad supercilium scalarum Caci, ubi postea fuit porta Ter gemina finire, legi apud Solinum. Quod mox ab eodem Romulo, et Tatius aucta fuerit, nullum huius rei auto=rem

rem habemus, nisi Dionysius quem ita loquentem audiamus: Romulus, et Tatius urbem statim maiorem effecerunt, duos ei colles alios adiacentes, Quirinum, et Cœlum: separantesque; habitacionem alter ab altero, in proprijs locis utriq; uitam agebant. Romulus quidem Palatium occupans, et montem Cœlum Palatio propinquum: Tatius uero Capitolium, quod ab initio ceperat, et Quirinalem rupem: forumque; ibi constituerunt, quo nunc etiam Romani utuntur. Quanquam Seruius ait, alios dicere, Romulum septem colliculos ab initio inclusisse, alios uelle hos ipsos, qui nunc sunt, à Romulo inclusos: id est Palatum, Capitolinum, Quirinalem, Auentinum, Cœlum, Viminalem, Esquilinum, et Ianicularem, alijs tamen nominibus appellatos, quæ mutata sunt postea. In quo à Liuio apertissime eos dissentire inferius, ubi de uario urbis ambitu loquimur, apparebit. Præterea dicimus non uerisimile esse, pastores, rebus adhuc angustis, tantum campi, in tanta hominum paucitate, complexos esse: cum Plutar. uelit mille domos tantum fuisse, Dionysiusque; cum conditoribus urbis non plures tribus peditum milibus, et pauciores equitibus tercentis.

De Portis urbis Romuli. C A P . I I I I .

DE portis autem urbis Romuleæ sic habet Plinius: Urbem treis portas habentem Romulus reliquit, aut (ut pluribus tradentibus credamus) quatuor. Harum nec nomina, nec locum ipse ponit. Communis tamen est opinio eorum, qui tres tantum à Romulo ferunt relictas, fuisse, Carmentalem, Romanam, et Pandanam: Carmen= Carmetalis. talesque; à matre Euandri denominatam, à dextera sub Capi

Capitolio inter saxum Tarpeium, et Tyberim, è regione aedicule diuæ Catharinæ, nunc dirutæ: et uersus circum Flaminium, ut inquit P. Victor: quam Blondus ad primas Auentini radices ponit, et præter historiæ fidem, Liuij; autoritatem ipsum collem in urbem Romuli comprehen- dit: dumq; huic sue urbi portas accommodare, uerisimi- lemq; suam opinionem efficere conatur, alio ipsas portas, quam fuerat, traducit, et ex uno in alterum labitur erro rem. Liuius enim ipse septimo belli Pu.loquës de uico Iu gario, clare docet Carmentalem portam fuisse sub Capito lio: sed apertissime Plutar.in Camilli uita: Ad Carmenta lem, inquit, portam Pontinus contendit, ut quid ageretur per silentium specularetur: nam huic Capitolium maxime di recto incubuit, et Solinus his uerbis, Pars infima capitolini motis habitaculū Carmentæ fuit, ubi et Carmetale nunc fa num est, à qua Carmetalis portæ nomē est. Eodem modo et Sex.Pomp. qui templū Iani fuisse extra ipsam portam apud Marcelli theatrum tradit. Alia est ratio hæc portam non fuisse prope Auentinum: Quod Virg.inducit Euandrum ab ara Maxima in Palatinum progrediente mon strare Herculi portam Carmentalem: quæ nimirum, si ad radices Auentini, post fuisse relicta. Huic autem portæ Sceleratae postea nomen fuit, quod per eam egressi Fabij ad Cremerā Flu.ex lacu attingente Bacchanas orientem, omnes interfici sint. Vnde idem Sex.Pomp.refert religio ni esse quibusdam porta Carmentali egredi, et in æde Iani, quæ erat extra ipsam, senatum haberi, quod ea egressi sex et trecenti Fabij apud Cremeram omnes interfici sint, cum in æde eiusdem Iani S.C.factum esse, ut profici scerentur.

sacerentur. Sed ad reliquias ueniamus. Romanam in hortis Romana.
 ædis diuæ Mariæ nouæ haud procul ab angulo Palatini,
 qui amphitheatrum spectat, fuisse innuit idem autor, cum
 ait: Romana porta instituta est à Romulo in infuso cliuo
 Victoriae, qui locus gradibus in quadraturam forinatus
 est. Appellata est autē Romana à Sabinis præcipue, quod
 proximus aditus erat Romam. Sunt tamen qui Mugo= Mugonia,
 niam, quæ & Trigonia, à tribus angulis est denominata; siue Trigo=
 ibi restituant: quibus si assentiri uolumus, dicemus à Ro= nia.
 mulo prius Romanæ, deinde ab euentu, hoc est à mugi=
 tu boum, uel quod per eam boves introducerentur, Mu=
 goniæ nomen sortitam esse. Sequitur Pandana, dicta, quod Pandana.
 rebus illatis in urbem panderetur, eidē & Liberæ, & Ro Libera.
 manula nomen fuit, quam prope Velabrum fuisse pro= Romanula.
 bant quæ sequuntur Var. uerba: Laurentalia ab Acca Lau=
 rentia: huius sacrificium fit in Velabro, qua in Nouam
 uiam exitur, ut aiunt quidam, ad sepulchrum Accæ: qui
 locus extra urbem antiquam fuit, non longe à porta Ro= manula. Existimamus autem Romanula nomen adeptam,
 postquam Romana Mugoniæ sumpsit cognomen. Miror
 autē Blondum, & Fuluium, Var. autore, uelle hanc fuisse
 non Romæ, sed Saturniæ urbis, qui dum probat Saturniū
 oppidum fuisse prope Saturniū montem, sic sequitur: Eius
 uestigia nunc manent tria, quod Saturni fanū in faucibus,
 quod Saturnia porta, quam Iunius scribit, ibi, quam nunc
 uocant Pandanā. Quæ ultima uerba innuunt, Pandanam
 fuisse à Romulo constitutā, eo in loco, ubi prius in Satur=
 nio oppido fuerat Saturnia. Qui uero uolunt Romulum
 urbē quatuor portarū reliquise: quartam ad radices Vi= b minalis

Ianualis munalis statuere: ab euentu postea dictam Ianualem. Nam bello Sabinorum cum Romani eam claudere festinarent, quia in ipsam hostes irruerant, postquam est clausa, mox sponte patefacta est: cumq; iterum, ac tertio idem cōtigis- set, armati plurimi pro limine, quia claudere nequibant, custodes steterunt, cumq; ex alia parte acerrimo prælio certaretur: subito fama pertulit fūsos à Tatio Romanos: quam ob causam, qui aditum tuebantur, territi profuge= runt: cumq; Sabini per portam patentē irrupturi essent, fertur ex æde Iani per hanc portam magnam uim torren= tium undis scatentibus erupisse, multasq; perduellum cateruas, aut exustas feruenti aqua, aut deuoratas rapi= da uoragine deperiisse: ea re placitum, ut belli tempore, ueluti ad urbis auxilium, fores Iani reserarentur. Hec au= tem porta opportuno loco fuerat sita, tamen cum con= stans sit opinio pomerium Romuli ad radices Viminalis non peruenisse, nullibiq; legerimus Iani templum eo in loco stetisse, credimus Romulum tres tantum instituisse portas: qui numerus, in urbe adhuc parua, publico usui sa= tisfacere posse uidebatur.

De uario ambitu, & moenibus urbis.

C A P . V .

DVm Romulus, urbe noua constituta, quæ ad Deo= rum religionem, hominumq; iura pertinere uide= bantur, curaret, Romani interim alia, atque alia loca ap= petebant, ut urbs indies amplioribus munitionibus cresce= ret, cum in spaciis futuræ multitudinis, quam ad id hominum, quod tum erat, eam munirent. Victis postea Sabinis, & ex duabus una facta ciuitate, etiam hominum multitudo

multitudine aucta est, moxq; Alba euersa, duplicatoq;
 ex illius ruinis ciuium numero : Tullus Cœlum urbi ad-
 didit, Ex quiliasq;, autore Livio, auxit : ex quo coniici-
 mus, aucto numero ciuium, Romanos etiam extra muros
 in montibus, uallibusq; adiacentibus, ex foro proximio-
 ribus domos struxisse. Quæ loca cum iam essent occupa-
 ta, deuictis Albanis Tullum addidisse Cœlum, Esquiliastq;
 nondum urbi adiectas, auxisse. Secudam autem urbis am-
 pliationem capto Politorio, omniq; multitudine Roman
 traducta, fecit Ancus: qui cum circa Palatium sedem ue-
 teres Romani, Sabini Capitolium, atque arcem, Cœlum
 Albani impluerissen, Auentinum nouæ multitudini con-
 cessit. Multis deinde millibus Latinorum in ciuitatem ac-
 ceptis, Ianiculum quoque urbi coniunxit, ponte Sublichto
 tunc primum in Tyberim facto, Quiritiumq; fossam in
 planioribus urbis circunduxit. Hinc constat Auentinum
 non fuisse urbis Romuli partem, ut putauit Blondus, mi-
 nus diligenter Liuij uerba consyderans : qui etiam primo
 decadis quintæ Auentinum ipsum extra urbem, sic collo-
 cat. Aediles extra portam Tergeminan in Auentinum
 porticum silice strauerunt. Eodem modo ex Gellius: eius
 uerba hæc sunt: Auentinus solus, quæ pars nō longinqua,
 nec infrequens est, extra pomerium est, neq; Ser. Tullus,
 neq; Sulla, qui proferendi Pomerium titulum quæsiuit,
 neq; postea Diuus Iulius, cum Pomerium proferret, intra
 urbis fines incluserūt. Causam esse ait Messala, q; in mon-
 te Remus urbis cōdendæ gratia auspiciatus, aucs irritas ha-
 buerit, supatusq; à Romulo in auspicio sit. Iccirco omnes,
 qui pomerium protulerunt, montem istum excluserunt,

Aventinus extra
urbem Remul.

b z qu ast

quasi auibis obſcenis omīnosum. Autore poſtea D. Claudio receptū, & intra pomerij fines obſeruatum eſt. Tarquinio autem Prisco, qui urbem muro cingere parauerat, mortuo, eam curam Ser. Tullius ſuſcepit, & Viminalem, Quirinalemq; quinq; collibus addens, urbis ambitū ampliavit. Muros uero ruderibus, uilibusq; ſtructuris ædificatos, Tarquinius Superbus primum coepit ſaxis magnis formatis ad regulā extruere. Ex eo quippe tempore portæ Romuleæ paulatim, & nomen, & uſum amififfe uidentur, licet Carmentalis diutius ſuum retinuerit. Et constructio urbis regū tempore ulcrius, ut teſtis eſt Diony. non proceſſit, non permittente numine, quanquam omnia circum urbem erant habitata. Nam cum antiqui uellent urbis moenia, que Collinam non excedebant portam, uſq; ad Milium pontem producere, prohibuere aruspices, quia non licebat in urbe comitia facere, & milites lege=
re. Hinc Cic. ad Atticum: Sed caſu, inquit, ſermo à Capi-
tone de urbe augenda à ponte Milvio ad Tyberim: pau-
ci secundum montes Vaticanos, campum Martium tum
ædificari, illum autem campum Vaticanum fieri quaſi
Martiū. Quare arbitror magna parte urbis Plane ædi-
ficijs occupata, Senatum ſepe agitauiffe de transferendo
campo Martio in Vaticanum, nūquam tamen id compro-
batum eſſe. Quod autem Blon. uelit eū, quem nos collem
Hortulorum dicimus, Quirinalem eſſe, falſum eſſe oſten-
dit Appianus, cū ait Syllam ulterius progreſſum exerci-
tum in campo Martio ante urbis portas ſtatuiſſe, & cum
hic collis campo Martio immineat, nimirū necesse eſt re-
cepto, ſecundū nos, colle Hortulorum, ut etiam idem cam-
pus in-

pus in urbem, cōtra omnium opinionē, sit receptus. Non tanen Fuluij approbamus sententiam, qui quicquid campi inter Capitolium, et Tyberim est, Martium appellari, murosq; urbis Capitolium non exceſſisse, putet. Nam et si hoc uerum est tempore regū, quod dubito, ultra tamen ipsum montem Consulū, aut Imperatorum tempore muros proceſſisse opinor. Plurimis enim autoribus credidimus Flumentanam portam antiquissimam esse: quod si, secundum Blon. opinionē, fortita est nomen, quod per eam aliquando Tyberis fluxerit, moenibus montes non excedentibus, non uideo ubi locorum ipsa posſit collocari, ut Tyberis per eā labi potuerit. Præterea non dicimus theatrum Pompeij, thermas Agrippinas, Mineruæ templum, circum Flaminiū in campo Martio: sicut Oule, uillam Publicam, et multa alia. Quare arbitramur partem urbis Planæ, prisco etiam tempore, fuisse intra urbem, deducto uidelicet muro à Collina ad Tyberim, ē regione murorū ab Anco in Transtyberina regione collocatorū, Flumentanamq; portam, ubi nunc est, longo tempore post translatam. Nec obstat quod isti falsò referunt, Martiū campum appellatū, quidquid inter Capitoliū, et Tyberim est: cū Liuius dicat, qdquid inter urbē et Tyberim, quod secundum nostrā opinionē, bene procedit, cui etiam P. Vic. suffragari uidetur, uia Latam, forū Suariū, Pilam Tyburtinā, inter motes et Tyberim iacētes, in septima urbis regione statuens. Plin. autē tradit ambitū urbis suo tempore mili. paſſ. xx. fuisse. Vopiscus uero Aurelianum Imperat, muros urbis sic ampliasse, ut L. prope milia eoruambitus teneret. Sed Marcel. dubitationem tollit, cum inquit,

Vrbs Roma est, quæ muro cingeretur, ut Alphenus ait: Roma est etiam quantum continentia ædificia essent. Plin. itaque, dum xx. mil. passus scribit, & Vopiscum, dum quinquaginta, Romæ, & ædium continentium considerasse dicimus ambitum. Sciendum autem mœnia urbis saepe à barbaris aperta, & à maioribus instaurata, ambitū uarium habuisse. Magnam uero partem Honorium, & Arcadiū restituisse, uetus in marmore supra portam Portuensem incisus hic index ostendit.

IMPP. CAES. DD. NN. INVICTISSIMIS
PRINCIPIBVS ARCADIO ET HONO-
RIO VICTORIBVS ET TRIVMFATORI-
BVS SEMPER AVGG. OB INSTAVRA-
TOS MVROS ET TVRRES EGESTIS
INMENSIS RVDERIBVS. E SVGGESTI-
ONIBVS. V. C. ET IN LVSTRIS MILI-
TIS ET MAGISTRI VTRIVSQ. MILI-
TIAE AD PERPETVITATEM NOMI-
NIS EORVM SIMVLACRA CONSTI-
TVIT.

Ambitus autem urbis nostro tempore uix passus mil. tredecim implet. Mœnia uero utrum in ipso permaneant prisco uestigio ueteris fundamenti diu anceps fui. Non enim mihi persuadere poteram, antiquos ita distortos, queinadmodū nunc cernuntur, muros posuisse. Re dcinde diligentius considerata, iniueni situs ipsorum optimā eos habuisse

habuisse rationem: quia si orbicularem, aut quadrangularem, uel quālibet aliam certam formam urbis constituere uoluissent, eueniebat quōd muri interdum per montium crepidines ducti, interdum uero per ualles montibus extra relictis facile, perfoſſa, et excaſata parte montis ap- poſita, ab hostibus euerti potuiffent, aut ualle intus exiſtente, ex montibus uicinis, ſuperioriq; loco ciues op= primi. Quare ſecundum montium circuitum, perq; ipſorum radices deduxere muros, ita ut, ubi acclivis fuſſet locus, per medianam ferè acclivitatem dirigeret, iacerentq; in= tro effoſſam terram, donec montem ipsum aequarent, ne aqua defluens muros laedere posſet. Si quis autē dixerit, inter Collinam, Numentanamq; portam, rurſusq; inter Aſinariam, et Gabiusam, et alibi, etiam per ualles moe- nia deducta: Reſpondemus, ideo factum, quia extra non erat mons, qui urbi immineret, breuiſimamq; eſſe ualles, que ſi extra relictæ fuſſent, muris radicibus montium ap- poſitis, deforme, et multis in locis inuilem, urbem reddi- diſſent. Quapropter credimus ſuper fundamen‐ tis prifcis muros nūc existentes, extructos eſſe. Quid enim erat cur iij, quibus muros instaurandi, non ampliandi fuerat cura, noua ut iacerent fundamenta, cum prifca longe minorem impenſam, et laborem deſiderarent?

De Pomerio urbis. C A P . VI.

Pomerium uerbi uim ſolū intuentes postmoenium in- terpretantur eſſe: eſt autem magis circa murum lo- cus, quem in condendis urbibus quondam Hetrusci, quā murum ducturi erant, certis circā terminis inaugirato co- fecrabant, ut neq; interiore parte aedificia moenibus conti- b 4 nuaren

nuarentur, & extrinsecus puri aliquid ab humano cultu pateret soli. Hoc spatiū quod neq; habitari, neq; arari fas erat, non magis quod post murū esset, quam quod murus post id, Pomeriū Romani appellarūt, Liuius. Sæpe tamen pro totius urbis ambitu, locoq; certis finibus perscripto accipitur. Gellius enim tradit Pomeriū facere finē urbani auspicij, ibi q; nōnullos cōmemorat, qui Romanū propagarunt Pomeriū. Sed post Syllā ferè omnes gloriæ, hono=risq; magis cupiditate, quam necessitate adducti, id fecere: inter quos numeratur Clavius imperator. Cor. Tac. Po=meriū, inquit, auxit Clavius more prisco, quo ijs, q; pro=tulere imperiū, & terminos urbis propagare datur. mox subdit: Et quos tum Clavius terminos posuerit facile co=gnitu, & in publicis actis perscriptū. Quod enim pome=riū propagauerit, multa extant exēpla, ut in tabula ænea in Lateranensi basilica sita, cuius rei caput hoc est:

VTI QVE EI FINES POMERII PROFER
RE CVM EX REPVLICA CENSEBIT
ESSE LICEAT. ITA VTI LICVIT CLAV
DIO CAESARI AVG. GERMANICO.

Et in lapide Tiburtino effoſſo superioribus annis apud Cloacam diuæ Luciæ: cuius titulus est huiusmodi:

T.I.CLAUDIVS DRVSI. F. CAESAR. AVG.
GERMANICVS PONT. MAX. TRIB. POT.
VIII. IMP. XVI. COS. IIII. CENSOR. PP.
AVCTIS POPVLI ROMANI FINIBVS PO
MERIVM AMPLIAIT TERMINA ITQ.

Sed tamen

Sed tamen quos terminos pomerij posuerit, nullibi inuenies. V opiscus uero scribit, Aurelianū imperatore adhibito senatus cōsilio muros urbis dilatauisse, neq; tūc quidquam addidisse Pomerio: sed postea, cū nō liceret, nisi ei, q agri barbarici aliqua parte Ro. Remp. locupletauisset, Pomeriu propagare. At tam uaria est de urbis ambitu, atque Pomerio opinio, ut nemo possit singulis quibusq; temporibus proprios fines determinare, hinc ait Diony. Si quis uelit Romæ magnitudinē exquirere, nullū habebit signū certum, quo dignoscatur quousq; sit hæc urbs progressa, aut unde esse nō amplius urbs incipiat. Legimus autē secundum uiā, quæ est ab urbe ad Otriculi pontem, omnia ædificijs fuisse plena. Vnde Aristides ipsius urbis incredibilē ostendens magnitudinē, in hunc loquitur modū: De scendit hæc usq; ad mare, ubi cōmune emporium, cōmunisq; omnium, quæ terra proueniunt, dispensatio, qua cunq; in parte eius urbis constiterit quis, nihil prohibet quominus sit pariter, & in medio: quidquid nunc Italæ restat, completum iri uniuersa mihi uidetur: unaq; futura urbs perpetua in Ionium mare protensa.

De portis antiquis quæ hodie non
sunt. C A P . VII .

Quemadmodum ambitus urbis uarios terminos consecutus est, eodē modo & portæ: quarū non nullæ in Pomerij ampliatione intra urbem relictæ, & usum, & portarum nomen licet amiserint, multæ tamen translatæ pristinum retinuere, multæ etiam nouum adeptæ sunt. Et quanquam aliqui Seru. Tullij Augusti, Aurelianiq; temporibus ausi sunt, certo numero posito, proprium, &

b s nomen,

nomen, & locum illis constituere: nulla tamen ratione, nullo'ue autore quod scripsere, comprobarunt. Plin. au- tem quatuor, & triginta ætate sua fuisse prodidit, eius sunt hæc uerba: Mœnia cius colligere ambitu imperato- ribus, censoribusq; Vespastianis M. P. xiiii. comple- xa montes vii. Ipsa diuiditur in regiones xiiii. Ca- pita singularum c lxx v. eiusdem spatij mensura cur- rente à capite fori Romani statuto ad singulas portas: quæ sunt hodie triginta, & quatuor: ita ut duodecim por- tæ semel numerentur, prætereanturq; ex ueteribus septem, quæ esse desierunt. Efficit passuum per directum xxx. M. D. lx v. Ad extrema uero tectorum cū castris præ- torijs ab eodem miliario per uicos omnium uiarum men- sura colligit paulo amplius lxx. m. passuum. Cum ser- monem forte haberemus de portis antiquæ urbis cum ui- ro præclarissimo IOANNE GADO Ca.ap.clerico in- tegerrimo, incidissemusq; in uerba illa. Ita ut duodecim semel numerentur, prætereanturq; ex ueteribus septem, quæ esse desierunt. Rogauit me ille, ut est omnium bona- rum artium studiosissimus, quid eo in loco sibi uellet Pli- nius. Ego uero qui haud quaquam mihi ascisco eam sapien- tiam, ut de re dubia, & difficiili ex improviso respondeam, sententiam meam in aliud tempus distuli. Igitur aggressus hunc tractatum, quo me ære alieno eximam, eam in me- dium adducere nō grauabor. Vnde sciendum est ex ipsis portis aliquas esse: quæ duo, & plura habucre nomina, quas uult semel numerari. Veluti hæ:

Flumentana, siue Flaminia.

Quirinalis, siue Agonensis, uel Collina.

Numentana,

Numentana, siue Viminalis.

Ianualis, siue Sabiusa, quæ ducebat in Sabinos.

Esquilina, siue Taurina.

Nævia, siue Labicana.

Cœlimontana, siue Afinaria.

Capena, siue Appia.

Tergemina, siue Hostiensis.

Portuensis, siue Naualis.

Ratumena, siue Veientana.

Triumphalis, siue Vaticana. His semel numeratis, si

Carmentalis, Querquetulana,

Mugonia, Raduscula,

Pandana, Saginalis, &

Sancualis, quas antiquissimas esse nemini dubium est,

pretereantur, relinquuntur sequentes,

Collatina, Catularia, Salutaris,

Interraggeres, Laurentina, Mutia,

Tyburtina, Fontinalis, Piacularis,

Gabiusa, Lauernalis, Prænestina,

Latina, Ferentina, Libilitenfis,

Aurelia, Minutia, Valeria,

Tarpeia. quibus si duodecim, quas dicit semel numeran-

das, addideris, ad numerum XXXIIII. portarum,

tres tantum deerunt quas nullibi inuenimus. Quinimo

nec apud antiquos scriptores mentio est de tribus, ultimo

loco positis. Insuper non Plin. ætate, sed diuersis tempo-

ribus prædicta nomina portis imposta esse arbitramur:

Pliniumq; cum ait, sunt hodie portæ urbis triginta, &

quatuer, nō solum de portis urbis: uerū etiam de ijs, quæ
erant

erant in suburbis intellectissime, cum appellatio urbis continentibus aedificiis finiatur. quanquam apud Plin. sunt qui legunt **XXIIII**. De porta autem Ferentina sic meminit Plut. Romulus expiationibus ciuitates expurgavit, quas adhuc etiam Ferentinam ad portam obseruari tradunt. Antiquarum autem portarum etymologian docet Var. & Sex. Pomp. quam hic si poneremus, cum illarum nullus usus, neque uestigium extet, superflua certe uideri possit. Quare ad utiliora transeamus.

De portis antiquis, & moenibus quae nunc sunt. C A P . V I I I .

Ambitum urbis à nobis iam dimensum, moenibus, & portis, quae nunc extant, tempus est circundare. Exordiamur autem ab occasu hyemali, T yberiniq; fluminis **Flumentana**, ripa: à quam muri c . x x . pass. producūtur, priusquam Flumentanam Portam attingant: denominatam, ut Blon. uelle diximus, quod T yberis per eam aliquando laberetur in urbē. Ipsa, inquit, indicat positio, quia nulla, inter omnes urbis portas, ita T yberi est apposita, ut eam aliquando is fluuius potuerit influere. At ex uerbis Appiani, supra de Campo Martio allegatis, patet hanc alibi fuisse, cum Flumentane ei nomen erat. Procopius uero in loco editiori eam ponit. Liuij etiam uerba innuunt olim à Capitolio procul esse, quae hæc sunt: Ita p̄dicta die in Petilinum lumen, extra portam Flumentanam, unde cōspectus in Capitolum non est, concilium populi in dictū. Quod si campum Martium extra urbem relinquimus, nō video quomodo Appiani cum Liuij cōueniant uerba. At cum dictum sit moenia, quae Collinam portam nō excedebant, deductā olim

olim pér urbem planam, usq; ad Tyberim, è regione scilicet murorum strctorum ab Anco in Transtyberina regione, existimamus portam ipsam in ripa eiusdem fluminis, haud procul à ponte nunc Xysti, tunc positam esse: aut certe in fine uiae Latæ, & in principio Flaminia, Flumentanæq; sortitam nomen, quod ad fluuium pertineret, non autem quod per ipsam fluuius in urbem la= beretur. Cic. quidem ad Atticum scribens tanquā de porta urbis antiqua ita meminit: Nescio enim cur cum portam Flumentanam Coelius occuparit, ego Puteolos non faciam meos. Qui uero extra antiquum pomerium ipsam statuere, moenia in quibus nunc est, à Belisario condita putant, nos uero nō condita, sed super aliorum murorum fundamentis instaurata, eaq; multo tempore ante Belisarii fuisse, moenibusq; Collinam portam non excedentibus, ampliatis, Collatinaq; addita: Flumentanam eò, ubi nunc est, translata, aut certe extra pomerium triumphalem arcum fuisse. Sed co in loco, ubi nūc est, porta ne fuerit, an triumphalis arcus, in medio relinquo: Flaminia Flaminia. deinde traxit nomen à uia, quam Flaminius stravit, Porta Porta populi Populi nunc dicitur: ab hac muri per collis Hortulorum li. radices pas. ultra mille adimplentes, Collatinæ iunguntur Callatina. Portæ, cui à Collatia oppido prope Romanam, in quod aliarum ciuitatum opes fuere collatae, nomen inditum esse scribit Sex. Pomp. Liuius, Collatia, inquit, & quicquid circa illam agri erat Sabinis ademptum. Seruat quoque ætas nostra morem appellandi in Collatia, quidquid è regione eius portæ habet ager Romanus. Pincianam nunc Pinciana. uocant, à proximo Pincij senatoris olim Palatio, cuius ue= stigia

stigia licet extent, marmora tamen ad ornamētum posita
 Theodoricus Ostrogothorum Rex Rauennam misit, au-
 tor Caſiodorus. Sita autem est in eodem Hortulorū col-
Quirinalis. le, & ut Flaminia, aquilonem spectat. Interieclis deinde
 stadijs sex, peruenitur ad portam Quirinalem, priscis item
 poribus ita denominatam, quōd ea in colle Quirinalem
Agonensis. iretur, siue quōd proxime eam Quirini Sacellum. Ago-
 nensem etiam, quōd in Quirinali eſſet, qui, ueluti ſine an-
 gulis, Agonos appellabatur, dixere portam. Quōd autem
Collina. poſtea à Quirinali mutatū ſit nomen in Collinam, docet
Salaria. Var. Salariæ nouiſime, quod adhuc immutatum retinet,
 nomen eſt cōſecuta: quia per eam Sabini ſal à mari in ur-
 bem deferebant. Ortū æſtuum proſpicit, ſicut Vimina-
 lis, quæ quarta in ordine stadijs quinque diſtat à Collina.
Viminalis. Viminalis autē eſt nuncupata, quōd ibi uiminū ſylua fuſſe
 uidetur, uel à Fano Iouis Viminei: cui portæ (autore Li-
Ficulensis. uio) Ficulensi nomen etiam fuit, à proximo extra ipsam
 loco, ubi figlinæ olim fiebant. Nunc S. Agnetis, & Nu-
Numētana. mentana dicitur Porta. Hanc prope Salariam fuſſe probat
 Suet. de Nerone loquens, in hunc modum: Offerente Pha-
 note liberto Suburbanum ſiū, inter Salariam, & Numē-
 tanam uiam, circa quartum miliarium. Inter Viminalem,
 & Esquilinam in campo Viminali, quē hodie incolae Vi-
Interragge- uarium appellant, media eſt porta Interraggeres, cui Ag-
 res. geres Tarquinij, inter quos erat condita, celebre ad poste-
 ros fecere nomen. Subit porta nunc S. Laurentij, quam
Tiburtina. Tiburtinā eſſe, & in aqueductu aquæ Martiae conditā,
 diuersamq; ab Esquilina, contendit Ful. ea nemperatione,
 quōd Strabo in campo Esquilino duas urbis portas, alte-
 ram

ram Esquilineā tunc clausam , alterā Tiburtinam esse, mea=
moret. Inter Tiburtinā autem, & Næuiam ipsam collo=
cat Exquilineā, quam Liuius in numero aliarum statuēs, Exquilinea.
antiqui Pomerij portam facit, his uerbis: Itaq; Cos. Vale= ,
rius, ut eliceret prædatores, edicit suis postero die fre= ,
quentes porta Esquilinea, quæ auersissima ab hoste erat,
expellerent pecus: scituros id hostes ratus , quod in obsi= ,
dione, & fame seruitia infida transfugeret, & sciere per= ,
fugæ, multoq; plures, ut in spem uniuersæ præde, flumen
trahi ciunt . P. Valerius inde T. Herminium cum modicis
copijs ad 11. lapidem Gabina uia occultatum obsidere
iubet : Sp. Largum cum expedita iuuentute ad portam
Collinam stare, donec hostis prætereat, inde se obiucere
hosti, ne sit ad flumen reditus . Consulum alter L. Lu= ,
cretius porta Nævia cū aliquot manipulis militum egress= ,
sus: Ipse Valerius Cœlio monte delectas cohortes edu= ,
cit : hiq; primi apparuere hosti . Herminius, ubi tumul= ,
tum sensit , concurrit ex insidijs, uersisq; in Lucretium
Hetruscis terga cædit , dextera, læuaq; hinc à porta Col= ,
lina, illinc à Nævia redditus clamor. Et quia Liuius non
meminit de Tiburtina, Ful. autumat postea conditam
fuisse in forma arcus , ubi nunc est , clausa Esquilinea.
Recte ne sentiat, uideamus . In primis autem sciendum,
tempore quo condita est Tiburtina, moenia ne sint pro= ,
pagata . Si sunt, non video cur Esquilinea magis non sit
translata, quam clausa . Si uero non, quid erat causæ anti= ,
quisissimæ, eandemq; celeberrimæ claudendi portam, quo
nouæ excitarent? Quare haud me pœnit et eoruū sententiæ
esse, qui uolunt super ipsam aqueductum deriuatum, non
ipsam

ipsam in forma arcus extructam: cum constet usq; ad Au-
gusti tempora apertam fuisse , de qua Cic . sic meminit:
Cum ego Cœlimontana porta introiisse dixissem, respon-
sione me inimica Esquilina introiisse homo promptissi-
mus lacefuiuit. Sin Tiburtinam esse concedimus, Esquilina
inter hanc , & Numentanam , siue Interaggeres potius
erat excitanda, quam inter Næuiam, ipsamq; Tiburtinā:
cum Liuius libro sexto secundi bel. pu. ostendat Collinā,
Esquilineq; inuicem prope fuisse, commemorans Flac-
cum porta Capena cum exercitu Romam ingressum, me-
dia urbe per Carinas Esquilias contendisse , inde eges-
sum inter Esquiline , Collinamq; portam posuisse castra.
Et placuisse Coss. circa portas Collinā, Esquilineq; po-
nere castra. Vnde si Esquilina erat, ubi ponitur à Fulvio,
non oportuerat consulem Capena ingressum in Carinas,
inde per Esquilias ad portam ipsam peruenire:cum magis
reclum, breuiusq; esset iter per Cœlium , aut Labicanam
uiam. Quare magis inclinat animus ut credam portā nunc
S. Laurentij Esquilineam esse : & Tiburtinam additam
inter hanc , & Numentanam, ubi Esquilinus est campus:
& moenia à Numentana ad portam S. Laurentij duo-
decim fermè implent stadia : ut in hoc interullo porta
Interaggeres, Tiburtināq; commode potuerint colloca-
ri . Non enim sequitur , Esquilina Strabonis etate erat
clausa, ergo etiam nunc est clausa . Esquilina ab Esqui-
Taurina. lijs, ubi sita est, denominabatur: eadem & Taurina, à ca-
pite tauri , quod cœlatum adhuc in frontispicio interiori
Nævia. cernitur. In ortum solis uergit, quæad inodum Nævia:quā
Varro à propinquis nemoribus nomen adeptam tradit.

Sunt

Sunt autem qui uelint non portam, sed triumphalem fuisse arcum. Quod si moenia manent in prisco ueteris fundamenti uestigio, non video, secundum ordinem portarum à Liuio positum, cur potius alibi fuerit quam eo in loco, qui ad usum portæ commodissimus uidebatur. Ego tamē ipsam aliquando ascendi, & omnia diligenter perscrutatus, nihil inueni, cur magis portam, quam triumphalem arcum esse, iudicarem. Verum cum arcus triumphales soleant in ijs ducentibus ad portas excitari, uariumq; ambitum urbis fuisse probauerimus: potuit aliquando porta prope existens in ipsum arcum, minore facto, uel ampliata pomerio, transferri. Hæc autem porta olim etiam Las vid. onuf. in vte. 9. 87. bicana, nūc uero Maior nuncupatur. Hinc uero ad Cœlum Mons limontanam, à Cœlio monte, in cuius margine est sita, ita tana. cognominatum, stadia fermè octo intercurrunt: quam portam L. Cornelio, & Q. Minutio Coſt. tactam de cœlo narrat Liuius: cui Asinaria à regno, ut aiunt, asinorum, Asinaria. quod est Neapolitanum, quo mihi, etiam fuit nomen, nunc uero S. Ioannis ad ortum hyemalem pertinet, sicut ad aestuum Gabiusa: que in angulo murorum sub Cœlo Gabiusa. liolo occurrit, sed clausa: per quam ingreditur riuis aquæ nunc Marianæ. Gabiusa autem obtinuit nomen quod recta in Gabios oppidum, nunc Galicanum, mitteret. Metrodij trodij deinde porta à mensura est dicta, stadia propè porta. quinq; à Cœlimontana distat. Sequitur Latina in Cœlio=Latina. lo, que quod in Latium duceret, sortita est nomen, idq; immutatu adhuc retinet. Est autem prope ædem diuī Io. Euangelistæ, in hyemalem ortum uergens, stadia quinq; cum dimidio à Gabiusa abest, & totidem à Capena. di-

cta



Capena. Ita (inquit Ful.) à Capenatibus Latinis populis, ad quos mittebat, uel à Capenate fluvio, ut tradit Silius Italicus, cum inquit,

Quo sacer humectat fluivialia rura Capenas.

Verum quod à Capenatibus Capena nuncuparetur, autem non addit, neque Silij carmen à fluvio portam nomen sumpsisse probat. Solinus autem refert, Italum regem ex Sicilia cum Syracusanis ad Ianum uenisse, ac eius consilio, auxilioque ciuitatem iuxta Albam condidisse Capenam nomine, et ab eo postmodum Capenæ nomen fuisse. Seruus uero grammaticus huiusc portæ etymologiā aliunde trahit. Nam super eo Virgilij hemistichio -Lucosque

Camœna. capenos: ait, Vnde et porta Capena, quæ iuxta Camœnas est, nomen accepit. Asc. etiam scribit extra hanc portam Lucum, et Aedem Camœnarum esse: propterea Camœna à nonnullis olim est appellata, nunc uero Porta S. Sebastiani. Et certe nullum est dubium quin sit hæc Capena, cum à P. Victore in prima regione eiusdem nominis

Appia. ponatur. Appiæ deinde nomen accepit ab Appio censore, qui uiam muniuit. Cic. pro Milone: Hoc enim sape ab istis dicitur, perinde quasi Appius ille cæcius uiam munierit, non qua populus uteretur, sed ubi impune sui posteri latrocinentur. Erat hæc porta multum celebris. Quis

Triumphalis. dam etiam Triumphalem appellant. Non desunt etiam

Fontinalis. qui Fontinalis nomen ascribant, à fontium ubertate, propter illud Martialis,

Capena grandi qua pluuit gutta.

Et Iuuinalis, - Madidamque Capenam. Quod ideo dictū arbitramur, propter aqueductum super eam deriuatum: uel

uel quōd inter cæteras portas depresso sit loco. Vnde Ci-
ce. ad Q. Fratrem: Rome, inquit, & maxime Appia, ad
Martis mira proluuies, horti, taberneæ plurime, magna
uis aquæ, usq; ad Piscinam publicam. Restat ultimo loco,
citra Tyberim, Tergemina in meridiem uergēs, ut Ap= Tergemina.
pia. Tergemina dicta est à uetustissima illa, per quam ter-
gemini Horati dicuntur egressi, quæ tunc fuit inter Ty-
berim, & Auentinū, sub angulo montis relicta, à dextris,
ripa fluminis, iuxta nautilia, & prope Salinas: cuius adhuc
apparet ruinosa uestigia inter proximas uineas. Huius
loci meminit Frontinus in hæc uerba: Ductus aquæ Ap-
piæ habet longitudinem à capite usque ad Salinas, qui
locus est ad portam Tergeminam. & mox: Cacus ha-
bitauit locum, ubi Salinæ nomen, ubi Tergemina por-
ta. Hostiensis, quod Hostiam mittat, aliquando est appell Hostiensis.
lata, nunc S. Pauli: distat à Capena stadia fermè octo.
Ab Hostensi deinde muri ad Tyberim stadia duodecim
implent. A Fluvio uero ipso ad Portuensem transstyberi
nam Portam stadium dimidium uix intercurrit. Portuensis Portuensis.
enim inditum est nomen, quia dicit in portum Hostien-
sem, à Claudio Imp. excitatum, nunc Portam Ripæ uocat Porta ripæ.
tant. ad occasum solis hyemalis pertinet. Hinc deinceps in
Ianiculum ascendens, septem stadijs, uel circa, peractis,
ad portam nunc S. Pancratij, olim Aureliam, peruenies,
quam quidam ab Aemilio uiro consulari, siue ab Aurelio Aurelia.
Imper. nomen sumpsiſſe autumant: quidam uero à via
Aurelia, nonnulli uiam ab ipsa porta. Quo autem nomine
apud priscos uocaretur, sicuti de Portuensi, incertum ha-
bemus: neq; solum de nomine, uerum etiam de loco dubi-
tatur.

tatur. Nam Procopius tradit Aureliam partam fuisse iuxta molem Adriani, et à basilica propinqua, portam S. Petri nuncupatam. Sepulchrum (inquit) Adriani extra portam Aureliam iactu lapidis impositum. Sed uelim scire utrum hæc, extra quam Procopius facit molem Adriani, citra' ne Tiberim fuerit, et ubi. Si erat, miror à Procopij ad nostra tempora ita cum moenibus euanisse, ut nulla prorsus extent uestigia. nisi uelimus in aditu pontis Aelij excitatam, et ab ipso Aelio Adriano Aeliam, non Aureliam, denominatam. Quare uidendum est, ne apud Procopium, Aeliam sit legendum, sitq; ex illis, quæ extra pomerium ponuntur, additaq; magis ad pontis, et molis ornatum, quam quod esset necessaria: ibi prope porta Vaticana existente, hoc enim modo sequeretur Pancratianam Aureliam esse: et certe uia ab ipsa ad martina, hoc nomine appellatur. ab Aurelia per Ianiculum secundum urbis muros descendens inuenies Portam, quam subitus Septimiana. Ianum, quod Ianiculo subiaceat, nunc uocant, olim Septimianam à Septimio Imper. denominatam putant: ex eo quod Spartianus de ipso Septimio loquens Septizonium, Septimianasq; thermas in transstyberina regione ad portam sui nominis extitisse, commemoret: aiuntq; Septimij nomen super ipsam lectum esse, priusquam Alexander Pont. vi. eam instauraret, ibiq; Ianum Septimianum, Septimianamq; Aram fuisse. Blon. autem Fontinalem appellat, id est, deabus fontium sacram. Extant, inquit, adhuc magnæ molis muri scatentium adhuc fontium receptaculo. Mons Aureus sub monte, qui Aureus nuncupatur, ipsi portæ proximo. Liuius: Aediles, inquit, alteram porticum ad portam Fontinal

Fontinalem, ad Martis Aram perduxere. Quod autem
 haec sola possit esse Fontinalis, inde certum habemus, quia
 nulla est porta alia, qua in capos Vaticani iter esse possit,
 nullo ponte, Sublico excepto, ad Tyberim existente. At
 Fulvius in campos Horatiorum Liuum intellexisse scri-
 bit, qui cum procul ab urbe essent, rectius fortasse de Vati-
 canis diceremus: quorum mentio frequentior est apud scri-
 ptores. Cic. campum Vaticanum fieri quasi Martium.
 Præterea Liuius primo, et tertio ab urb. conde Cape-
 na, et quinto bel. Mac. seorsum de Fontinali meminit:
 quod facit ut existimem Fontinalem non eandem esse que
 est Capena: et cum Fontinalis antiquissima sit urbis por-
 ta, potuit aliquando accidere, quod a Septimio instaura-
 ta, ipsius nomen, inscriptione addita, sit consecuta. Nam
 (ut diximus) plerique fundant, plerique augent, et ad se
 transferunt nomina. Spectat septentrionem: distat autem
 ab Aurelia stadia quatuor, et a Tyberi iugera septem.
 Fluuius deinde ipse per stadia duodecim, uel circa, loco
 murorum, usq; ad portam Flumentanam, urbem planam,
 campum, et uallem Martiam ambit. Si quis autem urbis
 circuitum ex positorum stadiorum numero collegerit,
 inueniet profectio tredecim millia pas. ut diximus, non ex-
 cedere. Turres uero ipsorum murorum tercentum et ~~Turres milles~~
 sexaginta numerantur: quarum multæ sunt collapse: mul rorum.
 tæ ita uetus state corrosoe, ut in dies ruinam minentur. Sed
 quia portæ Triumphalis crebra est mentio apud scripto-
 res, quamquam esse desijt, tamen ex Blon. opinione locum,
 ubi ea fuerit, indicare, non alienum esse arbitror. Pons cu-
 ius pilorum fundamenta nunc infra molem Hadriani cer-

c 3 nuntur,

nūtur, et porta ad intimam Tiberis ripam, cuius funda
mentorū moles extat, et via ab eo ponte ad Cæsarī
obeliscum protensa, areamq; basilicæ S. Petri subiecta tri-
umphali nomine appellabantur. De porta autem quod dī-
ximus probat Iosephus, Vespasiani, et Titi describēs tri-
umphum. Dicit enim ipsos imperatores, qui non in Palaz-
tio maiori, sed in Isidis templo nocte quieuerant, ad Octa-
uianas ambulationes transiisse, ubi eos Senatus, et ho-
norati equites præstolabantur: et cum fauor militaris
eosdem meritis ornasset laudibus, uotis rite celebratis ad
portum recessisse, quæ ab eo, quod per illam semper trium-
phorum pompa duceretur, nomen accepit. Territorij
etiam triumphalis in uita diui Petri, à diuo Hieronymo,
sive à Damasco papa scripta, est mentio: ibi enim legitur
beatum Petrum fuisse sepultum in ecclesia sui nominis,
quæ ad Templum tunc Apollinis, nunc S. Petroniae, iuxta
territorium triumphale fuerit edificata: ubi obeliscus est
Caïj principis. Suet. cōmemorat quosdam Senatores cena
fuisse Augusti funus porta triumphali ducendum. Octa-
uianas autem Ambulationes ad ipsius Augusti Mauso-
leum fuisse ostendit Sueton. et Strabo.

LIBER SE CVNDVS.

De uarijs nominibus Capitolij. CAP. I.



Ostquam urbis situm, uariumq; ipsius ambitū descripsimus, muriq;, ac portis, eum sumus complexi: reliquum est ut ordine, qui præcessit, quid, quo'ue tempore, & à quibus, singulis in locis sit excitatum, indicemus. Exordiamur itaq;, tanquam à capite à Capitolio: quod, ante urbem conditam, ab antiquo oppido nomine *Saturnia*, sub ipso monte existente, *Saturnium* montem appellatum memorie prodidit Var. Plinius, *Saturnia*, inquit, ubi nunc Roma est, *Antipolis* ubi *Ianiculum*, in parte Romæ, alij uero quod *Saturnus* ibi habita- uerit. ut Virg. his carminibus:

Hæc duo præterea disiectis oppida muris

Relliquias, ueterumq; uides monumenta uirorum.

*Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem,
Ianiculum illi, huic fuerat *Saturnia* nomen.*

*Sex. Pom. ait *Saturniam Italianam*, & montem, qui nunc est *Capitolinus*, *Saturnium* nuncupatum: quod in tutela *Mons Saturni* esse existimetur. Solinus loquens de comitibus niis.*

*Herculis, hæc habet uerba: Idem montem *Capitolinū Saturninum* uocauere. Castelli quoq; quod excitarunt, portam appellant *Saturniam*. Huic deinde *Capitolij* dixerre nomen, quod caput humanū aperientibus fundamenta*

64 templi

templi Iouis dicitur apparuisse, que uisa species, haud per ambages arcem eam imperij, caputq; rerum fore spem præbuit, idq; ita cecinere uates. Antea uero Tarpeia eidē monti nomen fecit. Nam cū Romulus cōtra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dedisset arcem tuendam, Tarpeius filia eius Tarpeia aquatū profecta in hostes incidit: quam mons. cum cohortaretur ad proditionem, illa præmio poposcit ornatum manuum sinistrarum, id est, armulas: facta itaque arcis proditione, hostes ingeniosa morte promissa soluerunt: nam scuta, id est, sinistrarum manuum ornatum, super illam iacentes, eam luce priuauerunt, que illic sepulta Tarpeie sedi, ut dixi, nomen imposuit. Plutar. & Var.

Arx. Diuiditur autem in Arcem, & Capitolium. Cic. in Cat. Capitolium. Vobis Arcem, & Capitolium, & reliqua. Luius Exules & serui duce Appio Herdonio Sabino nocte Capitolii, & Arcem occupauere. Et cum lib. septimo, loquens de Iunonis Monetæ æde, ostendat domum Manlii fuisse in arce. Virg. uero ad rupem Tarpeiam, hoc carmine:

Iam summo custos Tarpeiae Manlius arcis.

Contendunt, qui rupem ipsam ad cliuum Capitolinum ponūt, Arcem ad Tyberim pertinuisse, nos uero ad aquilonem. Quia dum Cor. Tac. in sequenti capite dicit, Diversos Capitoliū aditus inuadunt, iuxta lucum Asyli, & qua Tarpeia rupes centum gradibus adituri, & subiungit, Vis acrior per Asylum ingruebat, edificiaq; in altū edita solum Capitoliū æquabant, neq; de arce ullum faciat uerbum: fit nerissimile ipsam alibi, quam ad Asylum, stetisse, hostesq; hanc partem Capitoliū, tanquam arce infirmitore, aggressos esse. Accedit huic nostræ opinioni etiam hec

haec coniectura, quod pars Capitolij Tyberi incumbens erat ipsius fluuij vicinitate satis munita, atq; adibus sacris referta. Nec obstat Liuij, aut Vir. Autoritas, quia totus mons ab historicis, & poëtis rupes Tarpeia sepe appellatur, & Ser. Capitolium urbis arcem fuisse tradit.

Capitolium à quo uotum, structum, dedicatum, instauratum, & quoties arescerit.

C A P . II.

Capitolium Tarquinius Priscus bello Sabino ædificatum se uouerat: fundamentaq; iecerat, cum decessit. Verum Tarquinio defuncto Superbus, capta Pompeia, ex spolijs hostium consumauit: quo pulso, Horatius Pulvillus Cos. Consecrationem obiit, auto. Plut. & Cic. Interiecto deinde quadringentorum, & quindecim annorum spatio, Scipione, & Norbano Coss. per mariana bella igni consumptum est: quo autem modo incertum, hinc Appianus: Capitolium, quod sub regibus per quatercentos, & amplius annos conditum fuit, igne corruptum universos latuit. Cuius incendijs idem Cic. sic meminit: Huius urbis, atque imperij, qui esset decimus annus post uirginum absolutionem, Capitolij autem incensionem uigescimus. Eo autem tempore, quo primum arsit, ex saxo quadrato fuisse, eius uestigia pluribus in locis adhuc ostendunt: id quoq; Liuius Sexto ab urb. cond. Refectionis autem curam uictor Sylla suscepit. Dedicationem uero obiit Q. Catulus, cuius nomen, inter tanta Cæsarum opera, usq; ad Vitellium mansit, autore Plutar. Arsit iterum Vitellia no bello: de quo incendio Cor. Tac. sic scriptum reliquit.

c 5 Faces

Faces in prominentem porticum iacere, & sequebantur ignem, ambustasq; Capitolij fores penetrassent, ni Sabini undiq; statuas decora maiorum in ipso aditu, uice muris, obiecisset. Tum diuersos Capitolij aditus inuadunt, iuxta Lucum Asyli, & qua Tarpeia rupes centū gradibus adiutur: improuisa utraq; uis, propior, atq; acrior per Asylum ingruiebat, nec sibi poterant scandentes per cōiuncta aedificia, que, ut in multa pace, in altum edita solum Capitolij equabant. Hic ambigitur ignem tectis oppugnaturi iniecerint, an obseSSI, quæ crebrior fama est, quo nitentes, ac progressos depellerent. Sic Capitolium clausis foribus indefensum, & indireptum conflagravit. Tertio autem unā cum Vespasiani interitu igni direptum est. Sueton. Restitutionem Capitolij Vespasianus aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quedam extus lit. Nam incenso Capitolio cum curasset, ut unā cum publicis tabulis monumentis, & foederibus in tabulis æneis incisis restitueretur, deceſſit. Domitianus deinde magnificenter, elegatiusq; quam antea fuisset, restituit: cuius impensa duodecim mil. talentorum excēſſe autumat Plut. Tum plures habuisse ostendit Cic. in Cat. quarum non nullas de celo tactas fuisse dicit.

De Louis Feretrij, & Opt. Max. Iunonis, &
Mineruæ Templis. C A P. III.

Capitolium deorum domicilium ea nempe de causa appellauit Cicero, quod in eo omnium deorū simulaclra, templaque multa, & celeberrima fuſſe, commemorant. Quorum templorum primum omnium Romæ sacratum, Louis Feretrij in bello Cenninensium à Romulo uotum

Louis Feretrij.

tum esse, ex post uictoriā in uertice ipsius Capitolini collis extructum, ferunt. Diony. Extructo templo in uertice Capitolini collis Ioui, quem Feretrium uocant. Cognomen autem Feretriū ea re obtinuit, quod cū Acronem ducem interfecisset, ut uotū suum maxime Ioui gratum, ciui busq; suis iocundū efficeret, spolia ipsius ducis, fabricato ad id ferculo, gerēs in Capitolium, ad quercum pastoribus sacram in trophæi formâ fictam hostis arma deposuerit, designans simul cū dono, tēplo Iouis fines, cognomenq; addēs, Ioui Feretrio, à fériēdo hostem, ut uotis petierat, Plut. auto. Sext. uero Pōp. quod pacē ferre putaretur, cū ex eius tēplo sumerēt sceptrū, per quod iurarēt, ex lapide Silicē, quo fœdus ferirent, feretriū denominatū scribit. Huius autē tēpli tecta cū uetusitate, & incuria prolaberētur, ammonitu Pomponij Attici (ut Cor. Nepos in eius uita testatur) restituenda curauit Augustus, quod nisi tum ampliatū etiam sit, miror quid isti dicant, super illius fundamētis Aræcœli templū fuisse excitatum. Nam memoriae tradidit Diony. ætate sua uestigia ubi maiora, denum, ubi uero minora, quinū pedum tantū extitisse, & certe, in ea rerum tenuitate, paruum, ibidem tamē fuisse, credimus: licet ab Anco Martio amplificatum referat Liuius. Templum Iouis Opt. Max. uouit Tarquinius Priscus. Superbus, Iouis Opt. deinde libraruī argenti quadraginta mil. in fundamētis im- Max. pendit: uerū ferè perfecti cōsecrationem non obiit, parum enim ad absolutionē deerat, quo tempore tyrannide excidit. Quare dedicationis gloria ad Oratium Publicolæ collegans peruenit. Ut etiā probatur indice in marmore incaiso existenti in æde diuine Agathæ huiusmodi:

M. ORAT

M. ORATIVS CONSVL EX LEGE TE M=PLVM IOVIS OPTIMI MAXIMI DEDICAVIT ANNO POST REGES EXACTOS A CONSVLIBVS POSTEA AD DICTATORES QVIA MAIVS IMPERIVM ERAVAT SOLENNE CLAVI FIGENDI TRANSLATVM EST.

Fuit autem celeberrimum, & maximum, de quo apud eundem Diony. in hunc scriptum est modum: Extractum est autem super crepidine firmatum alta, octo iugerum in circuitu, ducentorum fermè pedum unumquodq; latus habens eminentiam altitudine quindecim quidem pedibus integris, à parte quidem, qua frons meridiem spectat, comprehensum triplici columnarum ordine, ab obliquis uero partibus simplici. In eo autem tria sunt facellae aequalia, inter se communia habentia latera: medium quidem Iouis, & ab utraque parte Iunonis, & Minerue, sub una aquila, unaq; uelata tectura. Quidam putant hoc alterum esse à templo Iouis Capitolini, cum idem sit, ut probat Cic. his uerbis: Quocirca Capitoline, quem propter beneficia Po. Ro. Optimum: propter uim, Maximum nominauit. Licet enim diuersa sint nonuna, unum tamen templum: unus erat deus. Habuit hoc templum fistulas, quibus aqua suppeditabatur reliquis templis, ac sedibus, ut idem pro Rabirio testatur: qui etiam contra Rulium, pro Domo sua. S. C. & orationes saepe in eodem habitas esse docet. Eò etiam ibant cum populo noui Consules

les sacrificatum, qui deinde in Curiam deducebatur. Ioui autem ideo rem diuinam faciebant, quod ei, quemadmodum Iano, omne debetur initium, unde est: Ab Ioue principium. Plin. prodidit Lauream in gremio Iouis solitam deponi, quoties laetitiam uictoria nouam attulisset, idque etiam ostendit Sueton. in Domitiani uita. In huius templi fastigio Summanum in libris de diuinatione posuit Cic. Summanus. Non ne, inquit, cum multa alia mirabilia, tum illud in primis, cum Summanus in fastigio Iouis Opt. Max. qui tum erat fictilis cœlo ictus esset, nec usquam eius Simulacri caput inueniretur, aruspices in Tyberim id depulsum esse dixerunt. Templum ipsum cum ædibus, et facellis coniunctis Vitelliano conflagravit bello, et Titi tempore, auto. Dion. et Cor. Tac. in ea Capitolij parte fuit, quæ, uergens ad occasum solis, Tyberim despicit: ubi paucis ante annis fuerat ædes diui Salvatoris, cognomento in Maximis. Locus ille nunc est prophanus, sed magna, et dissipata fundamentorum uestigia extare adhuc cernuntur. Habuit hoc templum Cellam, quæ erat pars templi secretior, in quam non erat fas prophano ingredi: licet Val. Max. dicat Africanū non ante negotia obijisse, quam in Cella Iouis Capitolini moratus esset: sed forte tunc fuerat Dialis. In hac fuere Coronæ aureæ du.e, quarum alteram ex xx. Philippeis factam secundum Gallos Pamphili legati in Curiam tulerunt, petentibusque ijs ut id donum in cella I.O. M. ponere, et sacrificare liceret, permisum, alteram tulerunt legati Carthaginem misi Romam gratulatum ob uictoriam partam aduersus Sannites. Diony. à dextera templi Iouis Mineruæ facellum ponit, sicut et Liu-

Ninerue. ex Liuius, his uerbis : Lex uetus est priscis literis uerbisq; scripta, ut qui prætor maximus sit clauum pangat, fixus fuit dextero lateri ædis Iouis Opt. Max. parte, qua Mineruæ est templū. Eum clauum, quia rarae per ea tempora literæ erant, notum numeri annorum fuisse ferunt, eoq; Mineruæ templo dicatam legem, quia numerus Mineruæ inuentum est. Iunonis ergo à sinistra fuisse consequens est. De Mineruæ meminit Cic. in oratione ad Equites ante quam iret in exilium, multisq; alijs in locis. Meminit ex Cor. Tac.

De Saturni, Iouis Tonantis, ex custodis,
Fortunæ, Væiouis, Misericordiæ, Iunonis
Monetæ, & Iani templo: ac de Orestis sepul-
chro, Aerario, Domo Manlij, Fanoq; Car-
mentæ.

C A P. 1111.

SAturni Templum cōdidere Herculis comites, auctor Solinus. Dion y. uero antiquis temporibus Aram tam-
tum Saturnum habuisse narrat, secundum uiam, qua ex fo-
ro in Capitolium ascenditur, collocatam ab ipso Hercule.
Verum si ab origine urbis habuit templum, de eo intelli-
gerem, quod Tatium dedicauisse memorie prodidit Var.
Licet enim variae sint opiniones, tamen cōsideratis tempo-
ribus, tollitur omnis dubitatio. Due enim fuere Saturni sa-
cræ ædes, diuerso excitatae tempore, uel, secundū aliquos,
tres. Hæc autem capitolina in meridiem uergens fuit pro-
pe saxum Carmentæ, ex cliuum Capitolinum. Ser. ossa,
inquit, Orestis ab Aritia Romanam translata, ex condita
ante templū Saturni, quod est ante cliuum Capitolinum.

Ex

Ex quibus uerbis patet Blon. haud recte sentire de huius templi loco: restituit enim è regione diu Nicolai in Carchere: cui si assentiri uelimus, oportet fateri etiam cliuum Capitolinum ea parte stetisse, ut secundum Ser. ante ipsum sit Saturni templum. Quæ opinio, præterquam quod est falsa, destruit omnia argumenta ipsius Blon. ad demonstrationem Cliui Capitolini adducta. Nisi dicamus Saturnum alteram ædem in Capitolio habuisse, secundū Critolaum, qui phænomenon libro tertio scriptum reliquit, Saturnū ab agricola quodam Latini generis hospitio suscepit, Enotriam eius filiam uitiasse, quæ Ianum, Hymnum, Festum, ex Felicem peperit, quibus serendæ uitis, ex rationem uini conficiendi Saturnus pater ostendit, eiusq; numeris alijs autores esse cōceperit. Quare finitimi agricultores cū insolite potionis ui gravi somno pressi diu iacuissent, experrecti in suspicionem dati ueneni inciderūt, unde Iandum lapidibus oppressere. Eius autē puellæ patris morte dolore laqueo gulam fregerunt. Saturnus uero in cœlum omnes transtulit, appellantur autem προστήποι, quod uindemiam ortu suo præueniat. Insecuto tempore cū pœste Romani laborarent, Apollo respōdit, nō prius cessat ram, quam Saturni placaret iram, cæsiq; per iniuriā manib; bus satisfaceret. Luctatus itaq; Catulus ædem ipsi Saturno in Tarpeio mōte posuit, Ianumq; statuit quadrifrontem, uel à numero puellarū, quæ patri spiritu parentauerūt: uel à quatuor anni tēpestatibus, ab eiusq; nomine Ianuariū mensem appellauit. Hāc uero, de qua Ser. dicimus positam esse eo in loco, ubi paucis ante annis fuerat cum turri facellū cognomēto S. Salvatoris in Aerario, incubēs hospitali

hospitali S. Mariae in Porticu. Turris mutilata adhuc cernitur, quæ cum facello in usus humanoës est conuersa. Ibi autem proximis diebus effossum est marmoris frustum, quod in frontispicio eiusdem templi fuisse arbitramur. In quo, sensu imperfecto, incisa erant hec uerba:

AVG. PON. MAX. TRIBVN.

CENSOR CON. VIII.

ANTONINVS. PII. AVGG. FELICES RESTITVERE.

Ideo nostro tempore in ærario uocatur: quia ibi Romani primum ærarium habuere. Tradunt aliqui Val. Publ.

Louis tonan colam primū omniū exactis regibus Aedem Saturni Aera
eis 'emplū. rium declarauisse. Sequitur Louis Tonantis Templum ab

Augusto prope eundem cliuum, siue, ut uult P. Victor, in eodem cliuo positū, quod liberatus esset periculo, cū expeditione Cantabrica per nocturnū iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; ducentē exanimasset. Vergit in meridiem, siue in ortum brumalem: quo in loco nunc noxijs puniūtur. Haud procul fuit Fortunæ, ut testantur carmina sita in templo ipsius Prænesti, quæ sunt:

TV QVAE TARPEIO COLERIS VICINA TONANTI,
VOTORVM VINDEX SEMPER FORTVNA MEORVM,
ACCIPE QVAE PIETAS PONIT TIBI DONA MERENTI
EFFIGIEM NOSTRI CONSERVATVR PARENTIS,
CVIVS NE TACEAT MEMORANDVM LITTERA NOMEN
CAESIVS HIC IDEMQ. TITVS PRIMVSQ. VOCATVR,
QVI LARGE CERERIS MESSES FRVCTVSQ. RENATOS
DIRIGIT IN PRETIVM CVI CONSTAT FAMA FIDESQ.
Et reliqua.

Templum Væionis inter Arcem, & Capitolium fuisse le Væionis.
 gimus, in platea ædium nunc Conservatorum, cuius si=
 mulacrum sagittas teneret, quæ essent uidelicet paratae ad
 nocendum: quapropter eum Apollinem plerique dixerunt.
 Veiouem enim appellauere ueteres deum, cui iuuandi esset
 adempta facultas: est enim uæ priuatiua particula. Immo=
 latur huic ritu humano capra, ut scribit Gellius. Asylum, Asylum.
 id est Misericordiae Templum in Capitolio fuisse, his
 uerbis testatur Dionysius. Lucum umbrosum medium, Capi=
 toliumque, & arcis, quod uocatur inter montium duorum
 quercentorum templum, id est Asylum constituit. Quare
 autem Romulus constituerit, sic docet Livius: Locus
 qui nunc septus densis sentibus inter duos lucos Asylum
 appellant, eò ex finitimis populis omnis turba sine die
 scrimine liber, an seruus esset, auida nouarum rerum per=
 fugit: sic et Ouidius:

Romulus ut saxo lucum circundedit alto:

Quilibet hic, inquit, confuge, tutus eris.

Ex eo enim nemo extrahebatur. Tiberius cum existimat=
 set hunc malefaciendi causam esse, irritum fecit. Primi autem
 omnium Herculis nepotes Asylum statuisse dicuntur,
 timentes insidias illorum, quos auus, priusquam è terris
 migraret, affligerat. Hinc Statius:

Herculeos fama est fundasse nepotes.

Blon. uero sicut et Cor. Tac. ponit Asylum in campo,
 qui est à rupe Tarpeia, et foro Boario ad Tyberim.

Quid autem de ipsorum opinione sentiam, ubi de Aequi=
 melio erit mentio, infra aperiemus. Templum Iunonis Mo=
 netæ in area domus Manlii ponitur à Liuio, cuius uerba necæ.

d sunt

sunt hæc: Damnatum Manilium Tribuni de saxo Tarpeio
deiecerunt: adiectæ mortuo notæ sunt, publica una, quod
cum domus eius fuisse, ubi nunc ædes, atq; Officina Mo-
netæ est, latum ad populum est, ne quis patricius in ar-
ce, aut Capitolio habitaret. Alibi tamen ait: M. Fabio
Dorso, & Seru. Sulpitio Camerino Coß. Dictatorem
creaturn L. Furium, Aruncanoq; bello inter ipsam dimi-
cationem templum Monetæ uouisse. Secundo uero quin-
tæ decadis refert ædem Monetæ uotam à Cicereio præ-
tore in Corsica. Sed forte intelligit de ea, quam in Auen-
tino restituemus: aut certe dicendum, eos libros, qui nu-
per in lucem editi sunt, non esse Liuij. Ouid. uero uult
ædem hanc Capitolinam uotam esse à Camillo: cius sunt
hæc Carmina:

Arce quoque in summa Iunoni templa Monetæ

Ex uoto memorant facta Camille tuo.

Moneta (inquit Cicero) à monedo: Nam post cladem illā
maximam à Senonibus Gallis factam, audita uox ex arce
Iunonis fuit, ex quo illa appellata est Moneta. Templum
Iani Custo= hoc fuit, ubi nunc ædes Senatoris. Templum Iani Custo=
dis capitolinæ arcis Blon. scribit fuisse eo in loco, ubi nūc
facinorosorum custodiæ, & carceris locus, uersus ortū
hyemalem, è regione fori Romani. Et cum unum Ianum
fuisse priscum uelint, plures uero posteriores, credide-
rim Capitolinum à Romulo, uel à Tatio excitatum.
Nam postquam hi in foedera conuenerunt, Iano simula-
crum duplicitis frontis effectum est, quasi ad imaginē duo-
rum populorum. Hinc Virg. -Si Ianumq; bifrontē. Dra-
con uero Corcyrensis scriptum reliquit, Ianū bicipitem
fingi

fungi propter ingenitum, summamq; eius solertiā: primus enim coronam, rates, usum nauis inuenit, æneum quoque numum primus signauit. Dicitur autem Janus ab eundo, quod eat, & uertat cœlum, cæteraq; omnia. Quare eundem & Vertumnū esse aiunt. Templum Iouis Custos = Iouis Custos dis Domitianus adeptus imperium excitauit in Capitolio, dis. seq; in sinu ipsius dei sacrauit. Quidam uolunt fuisse, ubi nunc Salinæ, prope Ianum.

De templis deorum incertam sedem in capitolio
nunc habentibus. C A P . V .

Memorant Romanos lapidē informem, atq; rudem coluisse, Terminū appellantes: cuius templū à Tatio rege dedicatū fuisse Var. est testis. Plut. uero à Numa conditū, tradit: unde constat antiquissimum esse: propterea libuit primo loco inter ea, quæ nunc certum non habent, collocare. Ratio autem cur Terminus in Capitolio coleatur, huiusmodi traditur: Cū Tarquinius Superbus uellet Iouis templū ædificare, cœpit augurijs captare, qui mons huic templo esset aptissimus, & cū in omnibus Tarpeius esset inuentus, in quo erant multa diuersorum numinum facella: actum est, ut exinde ad alia templa numina euocarentur sacrificijs, quo posset libere, & sine periculo templū Iouis ædificare: cumq; omnes dij libenter migrarent, Terminus solus, hoc est limutum deus, abscedere non luit, sed illic remansit: tunc de hoc ipso sacrificatum est, & deprehensum, q; Terminus cum Ioue remanens, æternū urbi imperium cum religione significaret. Propterea in Capitolio prima pars tecti patet, quæ lapidē ipsum Terminum spectat: Nam termino non nisi sub dio sacrificatur,

batur, et, ut ait Lactantius, publice, quasi custodi finium Martis, & Deo. Augustinus uero scribit unā cū Termino Martem Iuuentutis. quoq; & Iuuentutem regi deorum cedere noluisse, quod imperium Romanū nullos habere terminos, nec senectam Mentis & sentiret. Mēntis, & Veneris Erycinæ sacras ædes in Veneris Ery monte Tarpeio sedē obtinuisse narrat Liuius, his uerbis: cinæ.

Interea duumiri creati sunt, Q. Fabius Max. et Attilius Crassus ædibus dedicādis. Menti Attilius, Fabius Veneri Erycinæ, utraq; in Capitolio est, canali uno discretæ. De templo autem Mēntis Ouid. in fast. sic meminit:

Mens quoq; numen habet, Menti delubra uidemus

Vota, metu belli perfide Poene tui.

Idem Liuius tradit, L. Quinto, & Cn. Domitio Coß. ædes duas Ioui dicatas esse, quarū alterā L. Furius purpu-
rio Prætor Gallico bello uouerat, alterā consul dedicauit
Q. Martius Ralla duūuir. Capitolii etiā Iunonis reginæ
Templū habuit, à Cn. Flaminio bello aduersus Ligures uo-
tu: de quo meminit idē autor, & Cic. ad Equites antequā

Opis. iret in exiliū: Templū Opis uouit Tatius rex. Var. Ops,
inquit, terra, q; hic omne opus ad uiuendum: ideo dicitur
Ops mater, quod terra mater: hæc enim terris Giganteis
omnes peperit, & resumit denuo, quæ dat cibaria. Ean-
dem quā Maian, Terran, Faunā, & Bonā uolunt esse.
De opis autē templo Cic. Philip. prima mentionē sic fa-
cit: Pecunia utinā ad ædem Opis maneret. & secunda: Sed
etiam regnas, qui maximo te ære alieno ad ædem Opis li-
berasti. Hanc Sp. Posthumio Albino, & Q. Martio Phi-

Martis ul- lippo Coß. tactam de cœlo cōmemorat Liuius. Templum
toris. Martis Vltoris ab Augusto in colle Saturnio excitatum
esse,

esse, quidam tradidere: Fidei uero in eodem Cic. de nat. Fidei, deorum, in hæc uerba. Tum autē res ipsa in qua uis inest maior aliqua, sic appellatur; ut ea ipsa uis nominetur deus, ut Fides, ut Mens, quas in Capitolio dicatas uideamus: proxime à M. Aemilio Scauro, ante autem ab Attilio Calatino erat Fides consecrata. Quid Opis? quid Sa= Salutis. lutis? quid Concordie? Libertatis? Victoriae? quarū rerum Concordiae. quia uis est tanta, ut sine deo regi nō posset, ipsa res deo= Libertatis. rum nomen obtinuit. Fortunæ Primigeniæ, & Obsequen Victoriae. tis templum ibidein condidit Ser. Tullius. Capta uero Fortune pri urbe à Gallis cum Romani ex mulierum capillis tormenta= migenie, & ta fecissent, ædem Veneri Caluæ in honorem matrona= Obsequetiis. rum in eodem colle Capitolino constituerunt. Alteram Veneris cal habuit ædem Venus inibi de qua meminit Suet. in Cali= uæ. gula. Iouis autē sponsoris ædem posuit Tarquinius Su= Iouis spon= perbus, quam Sp. Posthumius Cos. nonis Iunijs dedicauit. foris. Iouis Pistoris Aram in eodem Capitolio quidam statuere: Iouis pisto= de qua Ouidius sic meminit: ris. Nomine, quām precio, celebratiō arce tonantis:
Discant pistoris quid uelit ara Iouis.

De statuis deorum, quæ in Capitolio fuere,
uel sunt. C A P . V I .

Fvere priscis temporibus marmoreæ, argenteæ, aureæq; statuæ innumerabiles in Capitolio: non solum uiris præstantissimis, qui de Repub. bene meritæ essent, erectæ: uerum etiam diis immortalibus uarijs ex causis consecratæ, ex quibus uaria etiam sortitæ sunt cognomina. Florus enim scribit, quo tempore Pyrrhus in Siciliam traiecit, Iouis statuam in Capitolio fulmine deie= Iouis.

d 3 clam.

Etiam Plinius uero uictis Samnitibus eiusdem dei statuare à Sp. Caruilio factam, inibiq; erectam, cuius amplitudo cœrebatur à Ioue Latiario cum statua sua ante pedes dicti Iouis posita. Idem Iouis Tonantis statuam in eodem Capitolio posuit. Liuius autem Iouis Imperatoris signum, à T. Quintio Præneste deuinctum, inter cellam ipsius Iouis, & Mineruæ dicatum. Cic. septima actione in Ver. Iouē, inquit, imperatorem quanto honori in suo templo fuisse arbitramini: hinc colligere potestis, si recordari uolueritis quanta religione fuerit eadem specie, atque forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio po-

Victoria. sicut Flaminius. Victoria statuam in templo Iouis Opt. Max. statuit Plut. Idem uero Cic. tertio off. iuxta id tem-

Fidei. plum, Fidei simulacrū, cuius sunt hæc uerba: Qui igitur iusurādum uiolat, is Fidem uiolat, quam in Capitolio uicinam Iouis Opt. Max. ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse uoluerunt: licet de templo intellexisse uia-

Nemesis. deatur. Nemesis simulacrum in eodem colle fuit. Est enim Nemesis, dea quæ superbos ulciscitur, cuius latinum nomen non inuenitur. Rhamnusia etiam appellata à Rhamnunte uico attico, in quo colebatur: Adrastea etiam nomen accepit ab Adrausto, à quo primum templum est con-

Herculis. secuta. autor Antimachus. Habuit Capitolium Herculis plures statuas, quarum una dicata, & posita fuit à P. Sulpicio Auerrione, & P. Sempronio Coſ. Aliam, uictis Fa-

Boni Euētus rentinis, Fab. Max. Roman detulit, Liuius, & Plut. Bonæ fortunæ Euentus, & Bonæ Fortunæ simulacula Praxitelis ope-

næ. ra in Capitolio collocat Plin. & Apollinem diademaum. Apollinis. eiusdemq; Colassum triginta cubitorum, centum & qua-

draginta:

draginta talentis factum, ex Apollonia ponti à Lucullo
in urbem translatum. In eodem monte Iani simulacro Iani.
dextera trecentorum, sinistra sexaginta quinque nume=rum tenenti, ad demonstrandam anni dimensionem, qui=dam locum fecere : sicuti Plinius Castoris, & Pollucis in Castoris, & templo Iouis Tonantis, & Tremellius Iouis Opt. Max. Pollucis. statuæ aureæ decem pedum à D. Claudio dicatae. Sed cum in hoc deorum domicilio omnium deorum simulaera fu=isse dicat Ser. superfluum est pauca, ex infinitis, uelle re=censere. Videamus ergo quæ nunc sitæ sunt statuæ. Pro ædibus igitur Conseruatorum duo pari forma marmo=reæ fluuiorum Simulacra seminuda uisuntur, quæ, inquit Ful. quantum ex rerum arguento deprehendi po=test, Nili, ac Tygris fluu. numina sunt : quorum alte=rum Sphinga Aegypti peculiare animal, cui cubito inni=titur, habet. Alterum uero Tygridem Armeniæ truci=lentam feram: in quorum sinistris est Cornucopæ, rerum affluentiam significans. Intra limen à dextris signum æreum auro perfusum nudi Herculis, & adhuc imber=Herculis im=bris dextera clauam, sinistra uero Hesperidum aurea ma=berbis. la tenens, conspicitur. Quod prope scholam Græcam in ruinis aræ Maxima, foroq; Boario repertum esse scimus. Visuntur & marmorea signa parietibus inclusa L. Veri Antonini de triūpho Parthico: siue M. Antonini de trium pho Dacico, sublata ex æde S. Martine. In aula uero su=periiori statua ænea Satyri pulcherrima, & quædam alia deorum simulacra sunt sita.

De statuis hominum, Regum, & Imperatorum,
quæ in Capitolio fuere.

C A P . V I I .

d 4

Non

Non solum immortalium deorum simulacris, uerum etiam, ut diximus, præclarissimorum hominum, regum atque imperatorum statuis Capitolii illustratum esse quam Scipionis. plurimi memoriae prodidere. In eo enim Scipionis (qui bellum in Asia gesit, Antiochumque devicit) statuam, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepundijs, erectam fuisse, pro Rabirio refert Cic. Syllæ uero pedestrem in Philip. Si quis est, inquit, sensus in morte ænea statua futura, et ea pedestris magis, quam inaurata equestris: qualis L. Syllæ prima statua est. Qui ad Atticum, etiam commemorat Scipionem proauum Metelli ad Opis loco Aemilij Lepi excelsa censoriam habuisse. Præterea Senatus Aemilij di. Lepidi pueri statuam bullatam, et prætextatam, quod hostem in acie interemisset, ciuemque seruasset, in eodem

Metelli. erigi iussit. Quo munere dignus habitus est etiam Metellus, quod ex æde Veste palladium ab incendio liberat Corneliam uisset. Cornelia Gracchorum mater non caruit hac gloriam, sicut et Trebius, quod in ædilitate sua frumentum matris. Pop. Rom. absibus præstitit, Plin. autore. Plut. uero tradit Fabium Max. suam ipsius equestrum ex ære iuxta Herculem statuisse, priscosque Romanos Brutus illius, qui Tarquinios expulit, statuam posuisse, medium inter regum statuas, cum hoc indice,

V T I N A M B R V T E V I V E R E S.

Domitianum autem non nisi aureas, et argenteas, certique ponderis sibi ponи permisisse, scribit Sueton. et Eutropius. Quidam non contenti solis statuis, tabulis etiam famam, et gloriam posteris relinquere conati sunt: quemadmodum uictoriae sue Asiaticae Asiaticus ille, de quo superius

superius facta est mentio . Bocchus etiam, ut Pop. Rom. deliniret, simul & Syllæ gratiam auctoratus, triumphales imagines collocauit, inter quas inerat aureus Iugurtha ab eo Syllæ traditus. Nicomachus Proserpinæ raptū pinxit in tabula sita in templo Iouis Opt. Max. Extat adhuc ingens æneum caput, quod, ut testatur Lampridius, demptum colosso Neronis sue imposuit statuæ Commoidus Imp. cuius Colossus ex marmore fractus cernitur in ædibus Conservatorū. Innumerabiles autem fuere statue in Capitolio, quarum maiore partem ex prouincijs deuicis Romanos in urbem traxerunt, Cic. de nat. deorū docet his uerbis: Etenim fana multa spoliata, & simulacra deorum de locis sanctissimis ablata uidemus à nostris. In frontispitio autē prædictarum ædium æneum illud Lupæ simulacrum, ex cuius uberibus pendere urbis conditores ait Verg. restitutum nunc uidemus. De quo in Catilinam Cic. sic meminit: Tactus est etiā ille, qui hanc urbem condidit Romulus, quem inauratum in Capitolio parvum, & lactentem uberibus inhiantem fuisse meministis. Et primo de diuinatione his Ennijs carminibus:

Hic sylvestris erat Romani nominis altrix
Martia, quæ paruos Mauortis semine natos
Uberibus gravis, tali rore rigabat,
Quæ tum cum pueris flammato fulminis iactu
Concidit, atq; auulsa pedum uestigia liquit.

Visuntur in superioribus locis domus eorundem duo simulacra ænea, iuvenili forma, alterū stans serui habitū, alterum nudū pueri sedentis, pastori haud absimilis, curuato corpore è planta suppurrati pedis spinam acu euellenti.

Clius Capitulinus, per quem publicus in arcem erat
ascensus, ubi nam fuerit, permagna est inter antiqui-
tatis diligentiores dubitatio. Blon. enim ad eam arcis par-
tem fuisse, quæ uersa in Auentinum, nunc ecclesiam S.
Georgij in Velabro è regione respicit, uerbis Liuij his
nititur comprobare: Quum cōmissum præliū esset, Coſ.
transfugas Numidarum, qui tum in Auentino ad mille,
et trecentos erant media urbe transire Esquilias iusse-
runt, nullos aptiores inter conualles, tectaq; hortorum,
et sepulchra, uacuas undiq; uias ad pugnandum futuros
rati. quos quū ex arce, Capitolioq; cliuo publico in equis
decurrentes quidam uidissent, captum Auentinum. con-
clamarunt. Et certe Suet. in Cæsaris uita hunc ipsum in-
nuit locum. Gallici, inquit, triumphi die Velabrum præ-
teruehens penè curru excussus est, axe distracto, ascen-
ditq; Capitolium ad lumina quadraginta elephantis de-
xtra, et sinistra lychnuchos gestantibus, quemadmodū
et Ouidius his carminibus:

Inde, uelut nunc est, per quem descenditis, inquit,
Arduus in ualles, et forā clius erat.

Et quanquam omnia bæc uerisimilem Blon. rationem fa-
ciunt, non tamen certum locum ostendunt: quia, cū clius
emineret, facile potuerūt Numidæ ex altiori loco decur-
rentes ex uarijs Capitolij partibus spectari. Ser. autem,
ut uisum est, scribit Saturni templum fuisse ante Cliū Capi-
tolij, iuxta Concordiæ templum. Quod si intelligimus
de templo Saturni Capitolino, non video quomodo stet
iuxta

iuxta Cōcordiæ, quod ualde distabat. Erat enim prope Seueri arcum. Verū cum in urbe Concordiæ multæ fuerint sacrae ædes, necesse est Ser. aliam significare: aut certe dīcere cliuum Capitolinum fuisse, ab eodem Seueri arcu ad Senatoris stabula, ubi fundamenta antiqua non iugiter reēcta, sed intro flexa adhuc cernuntur, quæ portæ locum uacuum relinquunt, sic enim procedit, quod dicit Ser. Ibi quidem fuit Saturni templum, et intra ipsum, et Concordiae Cliuus collocaretur. Et mehercle Cice. actione sexta in Verr. prope Fo. Rom. fuisse, his admonet uerbis: Tamen cū de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent. Arcus etiam Seueri ad radices Capitoliū in capite fori excitatus, sub quem triumphantes transeuntes Capitolium ascendebant, facit ut Blondi opinionem affirmare dubitem, nisi uelimus diuersis temporibus utroq; in loco fuisse, quod caret ratione. Plures tamen aditus habuisse Cor. Tac. uerba superius adducta sat ostendunt. Sed de cliuo Capitoline quisq; , quam probat, eam sequatur opinionem. Hunc autem silice stratum esse Liuius primo decadis quintæ sic docet. M. Aenilio Cos. Censores cliuum Capitolinum silice sternendum curauerunt, et Porticū ab æde Saturni in Capitoliū ad seznaculum, ac super id Curiam strauerunt. Hæc autē porticus uidetur una ex illis de quibus idem Cor. sic loquitur: Erigūt aciē per aduersum collem usq; ad primas Capitoline arcis fores. Erant antiquitus porticus à latere cliui dexteræ subeūtibus. In eodē cliuo domū Milonē habuisse scutis refertā cōmemorat Cicero. Dubitatur autē utrum hæreditariam, an conductan, quia superius dicit, nullum angipor

angiportū esse, in quo Miloni non esset conducta domus.
 Blon. in Roma triumphanti scribit floralia ad Clivū Capitolinū mense Maio celebrari solita esse: ubi prope proflitutae mulieres paucis ante annis tabernas, et casas habebant. Sed uellem huius rei autorem addidisset. Rupes Tarpeia, ex qua fontes, et dānati præcipitabantur, foro Romano superstite Diony. significare uidetur, his uerbis: Duci eum iussit in superstante foro colle: est enim locus is rupes uasta, unde eis mos est deuicere aduersarios. Meminit et Plin. Metellus, inquit, Capitolio ad Tarpeium raptus ut præcipitaretur. Ful. uero putat Tarpeiam rupē fuisse, ubi nunc facinorosi puniuntur: quod et nobis magis placet, nec uerba Diony. huic sententiæ repugnant, quia de toto colle loquuntur. Saxū Carmetæ, de quo mentio est apud Liuum ab ur. cōd. Tyberim despicit, è regione pontis Senatorum. Porta Stercoraria in cliuo Capitolino collocatur à Sex. Pomp. ubi sordes ex templo Vesta sublatæ condebat, in Tyberim mox transferendæ.

De Tabulis, & Columnis æneis, argenteis, Ansere. C A P . IX.

TAbulas in quibus leges, et publica acta continebantur, in Capitolio fixas, ac seruatas esse, plures testantur. Cic. pro Sex. Inspectantibus uobis toto Capitolio tabule figebantur. Et mox: Sed unum egregium de rea ge Deiotaro Pop. Rom. amicissimo, decretum in Capitolium fixum. Et Philip. tertia. Falsas leges C. Caesaris nomine, et falsa decreta in æs incidenda, et in Capitolio figenda curauerit. Polibius tertio scribit, Foedera, quæ inter Romanos, et Carthaginenses ista fuerant, perscripta in tabulis

tabulis æneis in templo Iouis Capitolini diligentissime ab ædilibus conseruata: Vespasianumq; ærearum tabularum tria millia, quæ cum Capitolio conflagraverant, inuestigatis exemplaribus, restituendi curam suscepisse, in quibus tabulis publica monimenta continerentur: Quarū una cernitur adhuc in Lateranensi ecclesia. Clodius etiam tabulus, in quibus res in tribunatu suo gestæ cōtinebantur, hic affixit: quas Cic. ab exilio reuersus ui deleuit, autor Plut. Idem Cic. in Cat. commemorat æra legum in Capitolo tacta de cœlo, & liquefacta. Idem prope modum de Diuin. his Ennijs carminibus:

Nam pater altitonans stellanti nixus olympo,
Ipse suos quondam tumulos, ac templa petuit,
Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.

Tum species ex ære uetus, generataq; natæ
Concidit, lapsæq; uetusto numine leges.

Erant & leges à Romulo institutæ, quarum argumentum tale est:

Ne quid inaugurate faciunto.

Patres sacra, magistratusq; soli peragunto, ineuntoq;.

Plebeij agros colunto.

Sacrorum omnium potestas sub regibus esto.

Sacra patres custodiunto.

Populus magistratus creanto.

Leges discunto.

Bella decernunto.

Deorum fabulas ne credunto.

Deos peregrinos, præter Faunum, ne colunto.

Nocturnas in templo uigilias ne habento.

Parricidas

Parricidas omnes capite puniunto.

Ne quis presentibus foeminiis obscena uerba facito.

Quisquis demissam ad talos togam in urbe habeto.

Monstrosos partus quisquis sine fraude cedunto.

Ne qs, nisi per portas, urbē ingreditor, ne'ue egreditor.

Moenia sacro sancta sunt.

Mulier uiro legitime coniuncta fortunaru, et sacroru so-
cia illi esto, utq; domus ille dominus, ita hæc domina.

Filia, ut patri, ita defuncto uiro haeres esto.

Adulterij coniuctam uir, et cognati (ut uolent) necanto.

Si uinum biberit domi, ut adulteram puniunto.

Parentum in liberos omne ius esto, relegandi, uendendi,
et occidendi.

Erant autem apud Romanos curatores eoru locorum, in
quibus tabulae publicæ seruabantur, ut index hic ostendit.

C. CALPETANVS SATIVS.

SEX. METORIVS. M. PERPENNA LVRCO
T. SARTIVS DECIATVS CVRATORES
TABVLARIORVM PVBLICORVM.

FAC. CVR.

Augustus uictor totius Aegypti, quam Cæsar pro parte
superauit, multa de nauali certamine sustulit rostra ærea,
quibus conflatis quatuor effecit columnas, que postea
a Domitiano in Capitolio sunt positæ, quas hodieq; in=
quit Ser. conspicimus. Nunc uero in Lateranensi ecclesia
sunt sitæ: de his intellexit Virg. cum dixit,
-Surgentes ære columnæ.

Legimus

Legimus autem Syllam ex Iouis templo Athenis columnas ædibus Capitolinis uexisse. Cū olim Anseris clangore arx esset seruata in perpetuā rei memoriam, Romani eius argenteū simulacrum in eadem statuere arce, de quo Lucretius sic: Romulidarū arcis seruator candidus anser.

Et Propertius,

Anseris & tutum uoce fuisse Iouem.

Ob hoc, inquit Plinius, institutum est, ut cibaria anserum censores in primis locent.

De quibusdam Epitaphijs, & Titulis in Capitolio existentibus. CAP. X.

O S S A

NERONIS CAESARIS GERMANICI CAESARIS F. DIVI AVGV. PRON. FLAMIN. AVGVSTALIS QVESTORIS.

O S S A

AGRIPPINE M. AGRIPPÆ DIVI AVG. NEPTIS VXORIS GERMANICI CAESARIS MATRIS C. CAESARIS AVG. GERMANICI PRINCIPIS.

O S S A

T. I. CAESARIS DIVI AVG. F. AVGV. PONT. MAXIMI TRIB. POT. XXXIX. IMP. VIII. COS. V.

Vias autem urbis magna ex parte disturbatas Vespasianus

64. ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
nus restituit, ut in marmore in porticu ædium conserua-
torum posito ostendit talis index.

IMP. CAESARI

VESPASIANO AVG.

PONT. MAX. TR. POT. III.

IMP. IIX. PP. COS. III. DES. IIII.

S C

QVOD VIAS VRBIS

NEGLIGENTIA

SVPERIOR. TEMPOR.

CORRVPTAS IN

PENSA SVA RESTITVIT.

Sunt enim fornices in publici salis receptaculo, huiusmodi
in inscriptione uetus state penè consumpta, notati.

Q. LVTATIVS. Q. F. Q. CATVLVS. COS.
SVBSTRVCTIONEM ET TABVLARI-
VM. S. S. FACIVNDVM CVRAVIT.

In æde D. Mariae de Aracoeli est ara, quatuor pulcherri-
mis exornata columnis, ubi legitur titulus huiusmodi:

A CVBICVLO AVGVSTORVM.

De quibusdam ædificijs, alijsq; rebus
in genere. CAP. XI.

CVriam Calabram in Capitolio Romulus culmis te-
xerat, ad quam calabatur (id est, uocabatur) Sena-
tus, & populus à rege Sacrificulo, ut ludoru, & sacri-
ciorum

ciorum pernosceret dies. Prope hanc ipsius Romuli casam ponit M. Var. Metelli autem, et Constantini Porticum habuit Capitolinus mons, et Bibliothecam Maiorum pulcherrimis, marmoreisque columnis exornatam: Atriumque publicum, quod tactu de caelo memorat Liuius. Seruit locum sacrum fuisse in Capitolio ex quo sumebatur uerbena, qua coronabantur Feciales, et Paterpatratus foedera facturi, uel bella indicturi: et lapidem Silicem, quem tenebant iuraturi per Iouem, haec uerba dicentes: Si sciens fallo, tum me Diespiter, salua urbe, arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem. Fuisse, inquit Gellius, loca in Capitolio cellis, cisternisque similia, ubi reponebantur ea, quae in templo uetusstate erant facta inutilia. Seiuges in Capitolio aurati a Cn. Cornelio positi sunt M. Valerio Messala, et Liuio Salinatore Cossem. Eodemque tempore duodecim clypea aurata ab aedilibus P. Claudio, et P. Sulpicio Galba ex pecunia, qua frumentarios ob anuionam compressam condemnauerant, autor est Liuius, qui quanto belli Pu. Clypeum Martis cum imagine Asdrubalis stauit in eodem colle: et secundo decadis quinte columnam Rostratam, sic: In suspensa ciuitate ad expectationem noui belli nocturna tempestate columna rostrata in Capitolio bello Pu. tota ad imum fulmine discussa est. At tertio eiusdem decadis testatur, S. C. in Capitolio solitum haberi. Eo, inquit, facto auocatam a fe concionem tribunus questus, et in ordinem se coactum, ex Capitolio, ubi erat concilium, abiit. In templo Iouis Capitolini fuit pallium breue, purpureum, lanestrum, ad quod cum matrone, atque Aurelianu Imp. iungeret purpureas suas uestes ci-

e neris

^{Capit. aurea}
^{Virg.}

neris specie decoloratae videbantur; diuini comparatione fulgoris, hoc munus rex Persarum ab Indis interioribus sumptum Aureliano dedisse perhibetur. Cn. & Q. Oquinio ædilibus curulibus, Limina Capitolij ænea sunt fabrefacta. Tegulas autem æreas Q. Catulus inaura uit, autor Plin. hinc Virg. Capitolia aurea dixit, quanquam et propter statuas aureas, aliaq; pretiosa ornamenta aurea dixisse existimauerim. Numam antequam imperium adiret augurium in Capitolio cappauisse scribit Plut. Solinus autem T. Tatium in arce, ubi fuit templum Iunonis Monetae, habitauisse. Quo in loco prius steterat Domus Manlij, de qua Cic. pro domo sua ita memunit: M. Manlius cum ab ascensu Capitolij Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficij sui gloria, regnum appetisse est iudicatus: ergo eius domum eversam duobus locis conuersitatem uidetis. Libri Sibyllini in templo Iouis Capitolini sub terra, in arca lapidea ab hominibus decem constitodiebantur, autor Diony. Cæsar primo consulatu tria nulliq; pondo auri furatus è Capitolio, tantundem inauriæ eius reposuit. Sucton.

De Laudibus Capitolij. C A P . X I .

Si quis Capitolij pulchritudinem, diuitias, & ornamen-
ta oratione celebrare, proq; illorum admirabili, & penè incredibili amplitudine uerbis illustrare conetur, nul-
lam profecto inueniet tantam dicendi elegantiam, aut co-
piam, quin uerborum exilitate deprimat, quæ se se extola-
lere posse confidebat: cui Cic. nullum inueniens epitheton magis conueniens, Deorum, & Iouis terrestre domicilium appellauit. Quare in huius laudem ero cotentus re-
ferre

ferre ea tantum, quæ memoria traduntur à Marcellino, qui loquens de Constante, Constantini filio, tunc primū Romanū ueniente, sic sequitur: Deinde intra septem mon-
tium culmina per acclivitates, planiciemq; posita urbis mē-
bra collustrans, et suburbana quicquid erat primum emi-
nere inter alia cuncta spectabat, Iouis Tarpeij Delubra,
quantum terrenis diuina præcellunt. Et infra describens
Aegypti mirabilia sic habet: His accedunt altis suffulta fa-
stigijs templa, inter quæ eminet Serapeum, quod licet mi-
nuatur exilitate uerborum, atrijs tamen columnaribus am-
plissimis, et spirantibus signorum figmentis, et reliqua
operum multitudine ita est exornatum, ut post Capito-
lium quo se uenerabilis Roma in æternum attollit nihil
orbis terrarum ambitiosius cernat. Eandem imitatus sen-
tentiam Cassiodorus: Traiani, inquit, Forum uel sub aſte-
ditate uidere miraculum est: Capitolia celsa concende-
re, hoc est, humana ingenia superata uidere. Nunc uero
penè nudus est relictus.

De Concordiæ, & Iouis Statoris Templo,
& quid sit Curia. C A P. XII.

IN situs urbis descriptione secundo loco uallem inter
Capitolium, Palatinumq; montem iacentem posui-
mus, eamq; secundum longitudinem, non ultra Palatini
latus terminauimus: cuius ædificia, et loca par est tan-
dem ut in antiquam speciem, et splendorem, quoad fie-
ri poterit, restituamus. Et quia nihil est quod magis res
augeat, et conseruet quam Concordia, ab ipsa rite
principium facturi uidentur. Concordie igitur Templum Concordiæ
uouit Camillus, si plebem patribus reconciliasset, quod templum.

e 2 in fo

in foro, ut tradit Plutarch. ut autem Var. inter Capitoliū, et forum deinde extruxit: hunc autē fecutus Sex. Pomp. Senatula, inquit, Romæ tria, unum ubi nunc est ædes Concordiae, inter Capitolium, et forum. Val. autem Max. ait Sempronium Aselionem pro æde Concordiae sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere extra forum creditores coëgisse. Sed cum non unum fuerit Concordiae templum, uidendū ne Plut. de eo intelligat, quod erat supra Comitium, ad forum usq; productum. Huius autem porticus extant adhuc ad radices Capitolij octo ingentes columnæ cum inscriptione hac:

SENATVS POPVLVS QVE ROMANVS,
INCENDIO CONSUMPTVM RESTITVIT.

Quo autem tempore restitutum sit à Senatu incertum est. Extat tamen in Lateranensi basilica de restitutione memoria huiusmodi:

D. N. CONSTANTINO PIO FELICI AC
TRIVMPHATORI SEMPER AVGUSTO
OB AMPLIFICATAM TOTO ORBE REM
PVBLICAM FACTIS CONSILIISQ.

S. P. Q. R.

AEDEM CONCORDIAE VETVSTATE
COLLAPSAM IN MELIOREM FACIEM
OPERE ET CVLTV SPLENDIDIORE
RESTITVERVNT.

Hinc autem centum gradibus ad Monetæ Iunonis tem-
plum

plum ascendebat. Cic. Philip. septima: Occulta enim fuit eorum uoluntas, iudiciumq; de M. Antonio, qui frequen-
tissimi in gradibus Concordiae steterunt. Ouid.

Candidate nubo posuit lux proxima templo,

Qua fert sublimes alta Moneta gradus.

Furius antiquum populi superator Hetrusci

Vouerat, & uoti soluerat ille fidem.

Causa, quod à patribus sumptis secesserat armis

Vulgus, & ipsa suas Roma timebat opes.

In Concordiae Senatus frequenter habebatur, & concio-
nes. Idem Cic. in Philip. pro Sextio, & domo sua. Lampridius, Cum Senatus, inquit, frequens in curiam, hoc est, in
ædem Concordiae templum auguratum conuenisset. In eo
dē tēplo fuit statua Apollinis, Iunonis, & Latonæ Apol-
linem & Dianam infantes sustinētis: Aesculapijq; & Hy-
gie à Nycerato fabrefacta. Si henis autē Cererem, Iouē,
& Mineruam, flentesq; matronas, & adorantes, sacrificia-
cantesq; fecit, quae erant in æde eiusdem Concordiae. Mar-
tem uero, & Mercurium Pisicrates. Zeufis manu in Con-
cordiae delubro erat Marsias religatus. Erat & Liber pa-
ter, Cassandraq; à Theodoro picta. In pronao templi fuit
Victoria, que M. Marcello Claudio, et M. Valerio Coſ-
icta est fulmine. Habuit Concordiae templum Cellam, de
qua Cic. Philip. tertia sic meminit: Armatos in Cella Con-
cordiae cum Senatum haberet incluserit. Et quinta: In
Cella Concordiae collocari armatos, latrones, sicarios, è
templo carcerem fieri. Concordia dicta, inquit Var. à cor-
de congruente. È' regione autem huius, ad radices tamen Louis Stato-
Palatini montis, Templum Louis Statoris, à Romulo uo-
ris templū.

tum, fuisse, testis est Liuius: apud quem ita loquitur Romulus: Iupiter tuis avibus iussus hic, in Palatio, prima urbì fundamenta ieci, arcem iam scelere emptam Sabini habent, inde hoc armati superata ualle media tendunt: at tis pater dñm, hominumq; hinc saltem arce hostes, deme terrorē Romanis, fugamq; foedam siste: hic ego tibi templum Statori loui, quod monimentū sit posteris, tua præ senti ope seruatam urbem esse, uoueo. & Cic. priusquam enim iret in exilium his louem precatus est uerbis: Teq; Iupiter Stator, quem uere huius imperij Statorem maiores nostri nominauerunt, cuius in templo hostilem impetum Catilinæ repuli à muris, cuius templum à Romulo uictis Sabinis in Palatiū radice cum uictoria est collocatū oro, atq; obsecro, fertē opem pariter reip. cunctæq; ciuitati, meisq; fortunis. Ouidius etiam in Fast. in radice Pa= latini sic collocat:

Tempus idem Statoris erit, quod Romulus olim,

Ante Palatini condidit ora iugi.

Quo in loco nūc sunt spōdæ murorū altissimæ ad Boreā pertinentes. In hoc conciones haberī, Senatusq; solebat. Idem in Cat. pro lege agraria, & alibi saepe. Nam S.C. iure fieri non poterat, nisi in loco per augures cōstituto, quod templum appellaretur: non enim omnes ædes sacrae templa erant. Curia in qua habebatur Senatus templum erat, auctor Gellius, & Var. Vnde inter ædes sacras, & templa illud interest, quod in his S.C. poterat haberī, in illis uero nequaquam. Ego tamen causa uitandi crebras eiusdem uerbi repetitiones, & quo per nomen templi facilius inueniatur, quod quisq; cupit, hanc differentiam nā planè

Curia.

planè seruauit. Hoc autem templum incendio Neronis exstum fuisse docet Cor. Tac. Liuius uero uotum bis, bello uidelicet Samnitico, et in pugna ad Luceriam. Miror autem quid est cur quidam Iouis Statoris templum ad radices Capitolij posuerint, ad eam inquam partem, quæ in planam urbē uergit, ubi nūc est ædes diui Andreæ in Sta- tera, decepti solo cognomēto, qui si Ciceronis et Ouid. uerba obseruassent, et Romuli dicensis apud Liuium in Palatio, non tam foede in hunc lapsi essent errorem.

De Templo Vestæ, & Romuli, ac de Loco eiusdem Vestæ. CAP. XIII.

TEmplum autem Vestæ inter Capitolinum, et Palatini montem, ubi diue Marie Gratiarum ædes nunc est sita collocari à Diony. uidetur. Quod autem non fuerit sub Palatio, ut putat Ful. probant, quæ sequuntur, Plut. uerba: Restitere Romani quo nunc loco Iouis Statoris situm est templum, ita confertissimo agmine Sabinius adorti fundunt, fugantq; et usq; ad locum, Regiant nunc dictum, ac templum Vestæ palantes agunt. Nam si Romani restitere ad radices Palati, quomodo sequitur fundunt, fugantq; Sabinos ad templum Vestæ, quod, secundum Ful. fuisset, ubi restitere Romani, non autē quo fugati sunt Sabini, contra opinionem Plut. Diony. et Lituij, qui de hoc templo ita meminit. M. Coeditius de plebe nunciauit tribunis se in Noua via, ubi nunc facellum est, supra ædem Vestæ, et reliqua. Erat enim prope forum Romanum. Hinc Appianus ait: Aselium prætore forte sacra Castori, et Polluci in foro facientē cum quidā lapide fidam excusisset, ad templum Vestæ cucurrisse. Cornel.

c 4 Tac.

Tac. de Pisone loquens, Ex foro, inquit, fugit in ædem Vestæ. Condita autem fuit à Romulo, ut infra demonstrabimus ex uerbis Diony. qui etiam memoriae prodidit, Ca= stora, & Pollucem in pugna aduersus Thusculanos duce Posthumio dictatore uisos pugnantes pro Romanis, eo= demq; tempore in foro equos abluisse ad scaturiginē ma= nantem iuxta templum Vestæ. Fuit eiusdem deæ lucus, qui à Palatiū radice in Nouam uia deuexus erat, ex quo, ante urbem captam exaudita uox est, ut muri, & portæ reficerentur: futurum esse, nisi prouisum esset, ut Roma caperetur, autor Cicer. de Diuin. Atrium, siue Regia Nu= mæ prope Vestæ facellum Plutarch. fuisse existimat, non autem, ut Ser. ædem Vestæ Atrium Numæ. Videamus au-

Verg. locus. tem obiter, quid sibi uelit Virg. cum inquit:

Cana Fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus Iura dabunt.

Fidei tēplū. Per fidem enim Fidei templum intelligit, antiquissimum, utpote ab Aenea, uel (ut alij uolunt) à Numa in Palatio extructum, quo cogebarūt Senatus cum rebus ad statū reip. sicut in Atrium Vestæ cum Pont. Max. cū de rebus ad religionem pertinētibus esset deliberaturus. Appianus. His ita habētibus Senatus in Fidei templum se cōtulit. Per Remum autē & Quirinū Forum Romanū in quo erant simulacra conditorum urbis lambentium ubera lupæ. Li= uius ædiles ad ficum rianinalē (erat enim in Comitio) si= mulacra infantium conditorum urbis sub uberibus lupæ posuerunt. Et cum in foro causæ ageretur, ut idem autor de Virginia loquens ostēdit, sic interpretamur: Romanos leges, & ciuiles, & pontificias ad religionē pertinentes uniuers-

uniuerso orbi datus, omniumq; terrarum imperium,
quemadmodum Iupiter pollicebatur, habitus. Tem= Romuli tem-
plum Romuli steterat ad radices Palatini, in medio eius templum.
luteris, quod Capitolium respicit, ubi nunc est aedes diuo
Theodoro dicata, de quo uidetur intellectuisse Diony. cum
de Lupercali loquitur in hunc modum: Ostenditur secun-
dum viam, qua itur ad Circumtemplumq; ei proximum,
in quo est lupa præbēs pueris duobus ubera, antiquæ ope-
ræ simulacra ærea.

De Lupercali, & siccum Ruminali.

C A P . X I I I I .

Lupercal autem fuit quedam spelunca sub monte Pa-
latino, in qua de capro luebatur, id est, sacrificaba-
tur: unde & Lupercal dictum putant. Alij uero dicunt
quod illic lupa Romulū, & Remum nutrierit. Alij, quod
est uerisimilius, lucum hunc esse sacratum Pani Deo Ar= Pan.
cadiae, cui etiam mons Lyceus in Arcadia est consecra-
tus, dictus quod λύκος, id est, lupos nō finat in oues sœui-
re. Ideo Euander sacrauit locum, Lupercalq; nominauit.
de quo Diony. sic scriptum reliquit: Arcades in colle ipso
firmati cum aedificia alia more patrio exornassent, templa
quoq; construxerunt, atq; primum quidem Pani Lyceo,
admonente eos Carmenta. Est enim apud Arcades Pan ue-
tuſiſimus, plurimū in honore habitus. Nunc tamē, circūs
septo aedificijs templo, priscam loci naturā comprehende-
re nequit conjectura. Erat enim antiquitus, ut dicitur, an-
trum magnum sub colle arbusto coniectum, & fontes sub
petris profundi, adherensq; rupibus saltus, & quidem ope-
rus, ubi ara Deo constructa sacrificia patria perficiebant.

e 5 Idem

Idem tradit apud Lupercal Romulum, et Remum expositos fuisse, quem in locum lupa uadens sese condiderat.

Lupercalia. Aliorum autem fama est, Lupercalium morem à Romulo, et Remo originem traxisse, tunc cum laetitia exultantes, quod ijs avus Numitor eo loco, ubi educati erant, urbem condere permiserat. Facto enim sacrificio, cæsisq; capris epularum hilaritate, ac uino largiore prouecti, cuncti ouinis pellibus immolatarum hostiarum iocantes, gestierunt. Verum ut de nominis etymologia, et origine, ita de loco uaria est opinio. Pomp. Letus ita scribit: Sub Capitolio Tyberis inferebat sinum, qui pertingebat radices Palati, ubi nunc est ædes S. Theodori, ubi exposi-

Ficus Ruminalis: tus Romulus, et Remus in alueolo, ibi q; fuit ficus Ruminalis: supra in Capitolio è regione istorum locorum Lupercal, hoc est mansio lupæ. Erat autem Lupercal propterea columnas. Ut autem (secundum aliquos) accipimus, quæ de ficu Ruminali eius est sententia, ita quæ de Lupercali, prorsus reijcimus: de utroq; uero quæ est Seruij, qui in circu maximo ponit Lupercal. eius sunt hæc uerbas

Rumon. Rumon Tyberis dictus est, unde ficus Ruminalis, ad quam electi sunt Romulus, et Remus, quæ fuit ubi nunc est Lupercal in circu, hac eni labebatur Tyberis antequam Vertumnus factis sacris auerteretur. Et ubi Virg. inducit Aeneam ex Tyberi muros Palanteos spectantem, inquit: Nec situm praesentem considerare debemus: tunc enim nullis obstantibus ædificijs per Lupercal Tyberi fluente, facile mons poterat uideri Palatinus. Quod autem Tyberis sinum inferret ad radices Palatini, bene procedit: uerum quod per Circum laberetur, caret ratione, quia

ne, quia Auentinus ad alteram fluminis ripam esset relatus, nec sequeretur, quod refert Liuius Herculem traieisse Tyberim, & dum fessus procubuisset, Cacum boues furatum eos in speluncam traxisse: fuerat enim necesse per Tyberim, quod est dictu absurdum, nisi dicamus per Circum lapsum ante Herculis aduentum in Italiam. Præterea idem Ser. eodem in loco utrumq; restituit, sicut & P. Victor, cum Lupercal fuerit, ubi nunc ecclesia S. Theodori, quemadmodum superiori capite, ubi de templo Romuli sumus locuti, tetigit Diony. Ficus uero Ruminalis in Comitio è regione ædis diui Cosme, & Damiani, & ad latus Palatini circa oppositum Maximo, quod Corne. Tac. sic probat: Eo anno quo certatum est inter Hermunduros, & Cattos Ruminalem arborem in Comitio, quæ supra octigentos, & quadraginta annos Remi, Romuliq; infantiam texerat, mortuis ramalibus, & arescente trunco diminutam prodigijs loco habitum, donec in nouos fœtus reuiuisceret. Si autem uolumus, quod ait Liuius, pueros in proxima alluie, ubi ficus Ruminalis, expositos secundum Tacitum dicemus, Tyberim forum Romanum alluisse, ferentesq; pueros descendisse ex Palatio in Comitium, ibiq; exposuisse infantes: nulla enim est ratio alia, ut Liuij cū Taciti cōueniant uerba. Verisimilius est, secundū Diony. apud Lupercal expositos esse, nutritos uero apud sicū Ruminalē, ut innuit idem Tacitus cū inquit, texit infantiam Romuli & Remi: aut fluitante scapha in Comitū delatos. Nam Var. ait infantes non expositos, sed delatos ad sicum Ruminalem: & L. Florus repertos ad arborem, quæ non fuisse (ut uult Ser.) ubi Lupercal ostendit etiam

Plut.

Plut. his uerbis: Locum Germalum uocant, sed pridem Germano nomē fuerat, quod germanos fratres uocemus, nec porrò longius ficus Ruminalis. Non desunt autē qui Lupercal è regione Septizonij Seueri fuisse putent, quos secutus est Blon. in Roma triumphanti. at hoc stultum est credere. Quo modo enim Euander à Tyberi in urbem rediens potuit ostendere gelidum, ut ait Virg. Lupercal ab altero latere montis auerso existens, meridiemq; siue ortum aestuum respiciens, cum ad Boream pertineret: unde recte poëta gelidum appellauisse uidetur. Quis autem Lupercalia instituerit, ubi, & quo modo fierent, scribit Val. Max. Ser. & Plut. in Antonij uita. Ruminalem autem siccum sunt qui uolunt à Romulo, quasi Romularem denominatā. Alij à lacte infantibus dato: nam pars gutturis rumina dicitur. Huius autem arboris etiam Augusti tempore uestigia extitisse docet Ouid. his carminibus:
**Arbor erat, remanent uestigia, quæq; uocatur
Romula nunc ficus, rumina ficus erat.**

De uia Noua, uico Iugario, & Thusco.

C A P. X V.

Viam nouam fuisse è regione templi Iouis Statoris, perq; uallem inter Capitolium, & Palatum produc tam, significant hæc Liuij uerba: Ex superiore parte ædium per fenestras in nouam viam uersus (habitabat enim rex ad Iouis Statoris ædem) populum Tanaquil alloquitur. Idem: Templum in noua via supra ædem Veste Aio extrectum. Quanquam Cic. de diuinatione non templum dicit, sed Aram. De via hac meminit & Ouidius: eius sunt hæc carmina:

Forte

Forte reuertebar festis Vestalibus illac,

Qua noua Romano nunc via iuncta foro est.

Crediderim hanc uiam antiquissimam , diuersamq; ab ea, quæ instaurata à Caracalla sub Thermis ipsius fuit. Vicus Iugarius qui, autore P. Vic . & Thurarius dicebatur, Iugarius uia per radices Capitolij à porta Carmentali ad forum Ro= cus. manum aditum præbuit . Liuius, Ab aede, inquit, Apollii= Thurarius. nis boues foeminæ duæ albæ porta Carmentali in urbem ductæ: post eas duo signa cupressea Iunonis Reginæ por tabantur : tum septem & uiginti uirgines longam indu=tæ uestem carmen in Iunonem Reginam canentes ibant, illa tempestate forsitan laudabile rudibus ingenijs , nunc abhorrens, & inconditum si referatur. Virginum ordinem sequebantur decem uiri coronati laurea, prætextæ tiq;: à porta Iugario uico in forum uenere. Blon. uero ait, nihil aliud habere, quam quod idem autor dicit , saxum ingens à Capitolio in ipsum uicum procidisse: quæ uerba certum locum non designant , sicuti quæ nos allegauimus . Fuluius autem ponit uicum Iugarium inter Romanum, Boariumq; forum , quod falsum cſſe prædicta Liuij uerba ostendunt. In hoc uico fuit domus L. Amerimni equi tis Rom. ut ex filij epith. legitur. Iugarij autem nomē obtinuit, quod ibi fuerat ara Iunonis Iuga, quam matrimonia iungere putabant, autore Sex. Pomp. Quemadmodū autem uico iugario per radices Capitolij à porta Carmen tali in forum Romanū, ita uico Thusco per radices Palati ni montis ab eodē foro in Velabru patebat accessus: sicuti eiusdem Liuij uerba, quæ sequuntur, ostendunt: In foro pompa constitut, per manus reste data , uirgines sonum uocis plausus

plausu pedum modulantes incesserunt, inde uico Thusco, Velabroq; per Boarium forum in Cliuum Publicum, atq; in ædem Iunonis Reginæ perrectum. Patet ergo uirgines ingressas porta Cartamentali, Iugario uico per radices Capitolij producto in forum: postea uico Thusco, ad Palatiq; radices iacenti, per Velabrum, forumq; Boarium in **Thuscus** uicu Auentinum peruenisse. Nescio autem quo autore Fulvius uelit id campi, quod est inter Capitolium, Palatinū montem, Auentinum, & Tyberim, uicum Thuscum appellatum: si ita esset, satis fuerat Liuio dixisse: Inde uico Thusco in Cliū publicū, atq; in ædem Iunonis Reginæ perrectum: sed Velabrum à uico Thusco diuidens, ostendit ibi finem fuisse uici Thusci, ubi Velabru incipiebat, quod cum foro Boario, in eo campo fuisse demonstrabitur. Ab eodem autem Liuio huiusc uici etymologia est petenda. Narrat enim in bello aduersus Aricinos cæsis Hetruscis, partem exiguam ipsorum Romam profugisse, ibiq; benigne exceptos, diuisosq; in hospitia: deinde curatis uulnibus, alios domum profectos, multos autem Rome hospitium, urbisq; charitatem tenuisse, locumq; ijs ad habitandum datum, quem deinde uicū Thuscum uocauere. Diony. Dedit, inquit, eis Senatus regionem urbis, inter Palatiū, & Capitolium quatuor ferme extensam stadia, conualem, quæ ad ætatem usq; meam uicus Thuscus appellatur, per quem quidem transitus est à foro ad Circum Maximum. Propertius his consensisse uidetur, his uersibus:
At tu Roma meis tribuisti præmua Thuscis,

Vnde hodie Thuscus nomina uicus habet.

Alij aliter referūt historiā: uidelicet uicum ipsum Thuscu appellā

appellatum à Cœlio Vibieno Thusco , qui cum sua manu Romulo contra Latinum in auxiliū uenerit, et post Cœli obitum, quod nimis munita loca tenerent, neq; sine suspitione essent, deductos in planum, et ab eis uicum Thuscum denominationem accepisse. In hoc uico lenones habituuisse ostendit Plautus in Cistel. hinc Horat. Ac Thusci turba impia uici.

De arcubus Romuli, Senatulo, & Ouidij domo. C A P . X V I .

Arcus ueteres, quos Romulus lateritios posuit, et florantes postea opibus Romani nunquam paſsi sunt in marmoreos mutari, ne conditoris urbis sue memoria deparet, Blon. scribit ætate sua collapsos, ubi nunc sunt ecclesie S. Mariæ de gratia, et de inferno. Eam, inquit, uiam ad portam Appiam expeditissimā uidemus. Alij uero uolunt de his arcubus intellexisse Iuue. cum dicit:

Subſtitit ad ueteres arcus, madidamq; capenam.

Quod si accipimus, Blondi repugnabimus opinioni, niſi uelimus bis subſtitiffe. Sed necio qua ratiōe uelint Romulū arcus posuisse, cū ea tempeſtate nō effet adhuc excitandi triumphales arcus consuetudo. Senatulū, in quo senatores consultandi causa conſistebat, fuit inter Capitoliū, et Forum, ubi ædes Concordiae, ut uifum est ſupra. Ouid. autē domū ſuam ſub Capitolio his carminibus posuisse patet:

Hanc ego ſuſpiciens, et ab hac Capitolia cernens,

Quæ noſtro fruſtra iuncta fuere lari.

Quidam uolunt fuſſe prope ædem diuine Mariæ de conſolatione. Secunda autem parte ſitus urbis expedita, Palatium montem ascendamus.

Liber

LIBER T T I V S.

De uaria palati etymologia CAP. I



V A N Q V A M Palatinus mons mul
tis iam annis ante urbem conditam ædifi
cijs esset conuestitus, ab Roma Itali filia
Valentia, ab Euandro deinde arce con=
stituta, urbe q̄; orta, Reges, & Impera=
tores sedem inibi habuerunt, ut nihil sit apud historicos,
aut poëtas magis celebratū; attamen eius etymologia tam
uaria traditur, ut ex multis autoribus, quem sequaris, ha=
beas neminem. Var. Quartæ, inquit, regionis Palatum,
quod Palantes, qui cum Euandro uenere, qui etiam Pala
tini, & Aborigines ex agro Rheatino, qui appellatur Pa
latum, ibi consederunt. Aliqui uero à Palante proauo
Euandri Palatino nomen mansisse referunt, secundum
quos Virg. ait:

Arcades has oras genus à Palante profectum,
Qui regem Euandrum comites, qui signa secuti,
Delegere locum, & posuere in montibus urbem,
Palantis proau de nomine Palanteum.

Palantium. Luius montem hunc à Palanteo urbe Arcadiæ Palantiū,
deinde Palatum appellatum tradit. Alij à Palatia Latini
uxore. Alij quo d Palanton Hyperborei filia, quæ ex Her
cule Latinum suscepit, hunc incoluerit. Alij à Palantia E=
uandri filia ab Hercule uiciata, & illic sepulta. Alij à Pa=
lante

Lante, qui ex ipse inibi sepulchrum esset consecutus. Eundem hunc locum à pecore dictum putant multi, quod pascens ibi balare consuecerit. Tibullus:

Sed tunc pascebant herbosa palatia uacce,

Et stabant humiles in Iouis arce case.

Vnde Næuius Balantium nominauit: uel quod palare, Balantium. id est, errare solerent armenta. Cephalon autem Gergitius memoriæ prodidit, hominem quendam comitem Aeneæ occupato monte, qui nunc Palatinus dicitur, urbem condidisse, Romaniq; denominasse. Tremellius uero Palatum Romuleum montem uocat, cum inquit: Fuit eius stā Romuleus tua in pede montis Romulei ante sacram uiam, inter tem mons. plum Faustinæ, ad arcum Fabianum. Is mons hodie Pala tium Maius uocatur.

De Victoriæ, Cereris, Iunonis Sospitæ,
Matris deūm, & Libertatis templo, & eius
dem Porticu, ac de domo Cassi.

C A P.

II.

CVm Romani plurimis uictorijs partis, imperij fines propagassent, Victoriæ deæ gratiam referentes, ex Victoriæ quo in futurum prosperos successus daret, ei templum in Palatio consecravere, in ea inquam parte, que uidet hor totos diuæ Mariæ Nouæ, in infimo cliuo, cuius supra indi cauimus Romulum Romanam portam instituisse. Vbi autem uictoria prius (ut prodidit Antias) Val. Max. inter alios honores. Domus publice ædificata fuerat. Licet L. Iginius dicat P. Val. Volesi filio Publicolæ domum, que sub Velis erat, ubi postea fuit ædes Victoriæ, ex lege, quā ipse tulerat, populum concessisse. De Victoriæ æde meminit

f. nit ex

nit & Liuius: L. Posthumius inquit, Cos. ædem Victoriae, quam Aedilis Curulis ex multatitia pecunia faciebat cu= rauerat, dedicauit. Diony. uero scribit in uertice Palatini montis ab Arcadibus, qui cum Euādro uenerat, Victoriae Templum erectum esse, cui deae anniuersaria fierent sa= crificia, ab eisdemq; Cereris ædem, cuius sacra à solis mu= lieribus celebrarētur. Sed de alia Victoriae æde intellexisse Diony. & locus, & tempus satis ostendunt. Prope hanc, Victoriae Aediculam Victoriae Virginis posuit Portius Cato, quam Virginis. biennio ante uouerat: iuxta quam fuit & Iunonis Sospi= Junonis So= te. In Victoriae templum Matrem deūm Pesinunte oppi= spita. do Phrygiæ adiectam perlatam fuisse memorant: ibi q; Matris deūm mansisse donec illi Aedem statuis, columnisq; pretiosis cum pavimentis diuersorum lapidum exornatam struxere Romani: Vnde Liuius: Aedes Magnæ Matris Ideæ de= dicata est, quam deam P. Corn. adiectam ex Asia in Palat= tium à mari detulerat. Locauerant ædem faciendam M. Li= uius, C. Claudius Censores. Dedicauit Iunius Brutus, lu= Megalesia, dīq; ob dedicationem eius facti, Megalesia appellati: de quibus Cic. ita meminit: Nā quid ego de illis ludis loquar, quos in Palatio nostri maiores ante templum in ipso Ma= gnæ matris conspectu Megalensibus fieri, celebrariq; uo= luerunt, qui sunt more, institutioq; maxime casti, solennes, religiosi? Adiecta est autem Mater deorum carmine in libris Sibyllinis inuento: Pelli Italia alienigenam hostem posse, si deportata esset Romanam. Erat enim lapis, quem Libertatis. incolæ hoc appellabant nomine. Libertatis autem & Tem= plum, & Porticum struxit P. Clodius in parte domus Caſij, prope Iouis Scatoris templum.

De Fa

De Fano, & Ara Febris, Aede Larum, Deæ
Viriplacæ facello, ac de templo Fidei, & Io-
uis Victoris æde.

C A P. III.

FANUM Febris in Palatio fuisse Val. Max. sic docet: Febrem ad minus nocendū templis colebant, quorum adhuc unum in Palatio, alterū in ara Marianorū, tertium in summa parte uici Longi, in eaq; remedia, quæ corporie bus ægrotorum annexa fuerant, deferebantur. Docet et Cic. his uerbis: Illud profecto cōfiteamini longe aliter rem se habere, atq; hominū opinio sit: eos enim, qui dij appet lantur, rerum naturas esse, non figuræ deorum. Qui tan tus error fuit, ut pernitiosis etiā rebus non nomen deorū tribueretur, sed etiā sacra constitueretur? Febris enim Fa num in Palatio uidemus. Et secūdo de legibus: Ara, inquit, uetus stat in Palatio Febris. Hic autem notandū secūdum Stoicos unum esse deum, cui nomina uariantur pro acti- Vnus deus bus, & officijs: unde etiam duplicitis sexus numina esse di- Stoicis. cūtur, ut cum in actu sint, mares sint, foeminae cum patien di habent naturam. Aedem Larum idem Cic. Palatinam fa Larum. cit: sicuti Val. Max. Deæ Viriplacæ facellum, in quo uia Viriplacæ ri, & uxores contentione animorum deposita, cōcordes domum reuertebātur. Agathocles, Diony. ceteriq; Græci scribunt Aeneam cum Ascanio, & eius filia Roma in Ita liam uenisse, condidisseq; in Palatio Templum Fidei, à Fidei. puellæ nomine dicatum, sub hoc titulo:

T E M P L U M F I D E I.

Orta deinde multis post annis inter Romulum, & Remum contentione de nomine urbis appellandæ, S. P. Q. R. placuisse urbem Romanam à puella nominare, cuius

f 2 eulog

eulogium in templi frontispitio ex inscriptione legissent.
 Sext. Pōp. refert Romā Aeneā neptē hoc tēplū posuisse,
 Numā uero Diony. & Liuius. Longis post seculis uetus=
 state lapsum Augustus instaurauit. Templū Iouis Victo=ris à Q. Fabio bello Sabino uotū, in eodē Palatino mōte
 fuisse uolunt, dedicatumq; Idibus Aprilis. Ouid. sic:
 Occupat Apriles idus cognomine uictor

Iuppiter, hoc illo sunt data festa die.

De Heliogabali, Apollinis, & Penatium
 templo, ac de Aede Orci, locoq; Pal
 ladīj. C A P . I I I I .

Heliogabalus deus. **A**ntonius Heliogabalus, Heliogabalum deum in Palatino monte consecrauit, eiq; templum fecit, eo in loco, ubi prius Orci aedis fuerat, studioseq; curauit Matris deum Typum, & Vestae ignem, Palladium, Ancylia, & omnia Romanis ueneranda, religionem Iudeorum, & Christianorum devotionem in illud transferre contendit, agēs ne quis deus, nisi Heliogabalus coleretur, autor Lampridij pridius. Quo in loco cyphum, nō typum legendū puto, locus. propter ea, quae infra sequuntur, uidelicet: Et adeo ebaccha Apollinis tus est ut cyphum eriperet. Templū Apollinis in ea parte templum. Palatinæ domus Augustus excitauit, quam fulmine iclām desyderari à deo aruspices pronunciarunt, eiq; Porticum autore Suet. addidit, quam laudat Propertius, & fores templi eburneas facit. Super fastigium autem currum solis ex auro splendentem, quatuorq; boues, id est, pretidas æneas à Myrione factas in ara ponit. Ouidius uero in Apollinis Belides, cum ait:

Ducor ad intonsi candida templa dei,

Signa

Signa peregrinis ubi sunt alterna columnis

Belides, et stricto stat ferus ense pater.

*In hoc templo Augustus iam senior saepe Senatū habuit,
et decurias iudicū recognouit. In eodem pendebant Ly-
chni instar arboris mala ferentis, ubi probati poëtae scripta
sua reponebant. Hinc Horatius in arte poëtica:*

Scripta palatini quaecunq; reponit Apollo.

*Huius autem templi uestigia extare uidentur supra cir-
cum Maximum prope uineam Fedræ, in qua Tiberiana
fuerat Domus.*

*De Apollinis etymologia plura Pla. in Cra. de Apollina-
ribus uero ludis Mac. in Sat. Aedes deorum Penatium in Pendium
ea parte palatini montis fuit, que boream spectans, Velia templum.
dicebatur. Liuius quinto quintæ dec. De prodigijs deinde
nunciatis Senatus est consultus, Aedes deorum Penatium
in Velia de cœlo tacta erat. Diony. Templum, inquit, Ro-
mæ ostenditur haud procul à foro, in quo sunt deorum
Troianorum imagines inscriptionem habentes.*

D. P E N A T E S.

*Sunt enim adulescentes duo sedentes pilam tenentes uete-
ris artis opera. Timæus autē historicus ferreos, et æneos
lituos, atq; Troianum uas quoddā fictile esse, scriptū re-
liquit, Labeo uero Apollinem, et Neptunum. Exhausta
incendio aede Veste, in Veliam translatum fuit Palladium
à quo ecclesia S. Andreæ inibi sita cognomen deinde aca-
cepit, in Pallara enim uocatur. Memorant quidam Liuiā
D. Augusto Templum in Palatio exire.*

De Domibus Palatinis, & Saliorum

Curia.

C A P. v.

f. 3

Cum

CVM Romulus, & Remus uitam pastoralem ageret, saepe ex lignis, & harundinibus tabernas struxere, quarum unam scribit Dionysius. etate sua fuisse in angulo ex Palatio in circum ducete, Casam Romuli dictam, per multisq; etates mansisse, & si quid uetus state, aut alio quoniam casu corruiisset, custodes loci nihil magnificentius addentes, uerum omnia prioribus restituentes, reficere consueisse. Quo in loco nunc Virgilij de Mantaco ciuis Rom. domuncula uisitetur. Tullus autem Hostilius, priusquam Curiam condidisset, in Velia domum habuit: ubi postea fuit aedes predicta deorum Penatium, auctor Solinus. Catilinae uero haud procul hinc, in ea parte Palatij, quae uidet forum Romanum, & inde ad M. Scauri brevis transitus. de qua Asc. sic inquit. Demonstrasse uobis memini hanc domum in ea parte Palatij esse, quae cum ab Sacra via discesseris, & per proximum uicum, qui est ab sinistra parte prodieris, posita est. Domum Ciceronis emptam uicies sextertio a L. Crasso uolunt fuisse supra eadem Iouis Statoris. Et certe in celeberrima Palatini montis parte erat, propeq; Palatum sita, ut pro domo sua ipse Cicero his uerbis testatur: Domus ardebat in Palatio, non fortuito, sed Locus Cic. oblato incendio. & infra, In conspectu totius urbis dominus est mea. Admonendi autem estis eo in loco, ubi dicit, Ardebat in Palatio, non accipi secundum nunc uulgi opinionem, pro monte Palatino, cum ijs temporibus Palatium exiguum ipsius partem occuparet: neq; etiam significare domum Ciceronis intra palatium ipsum comprehensam, sed inuidiose additum esse in Palatio, ac si diceret orator: Catilina in comburendo domum meam adeo ira erat ac census,

census, et furore amens, ut nullam prorsus rationem habet locorum publicorum, et ipsius Palatij, cui eadem dominus mea fuerat iuncta. Iuxta quam ponit domum M. Flacci: qua cursa, Q. Catulus de manibus Cimbricis Porticum extruxit. Crassi oratoris, et Viturbij domos in Palatio eversas fuisse L. Aenilio Mamerco, et C. Plantio Coss. Plin. est autor. Vani ducis domum in palatio statuit Liuius. Sicut Augustanam, Tiberianamq; Cor. Tac. de quibus superiori capite memini. Augustanam autem ab Augusto, qui, ut scribit Suet. natus est in regione Palatij ad capita Bubula, ubi nunc, inquit, Sacrum habet aliquando postquam excessu constitutum. Et alibi refert primo iuxta forum Romanum, supra scalas Annularias in domo, quae Calui oratoris fuerat, habituisse, postea in Palatio, nihilominus edibus modicis Hortensianis. De Tiberiana idem Cor. mentionem sic facit: Otho ex aede Apollinis discedens, per Tiberianam domum ad Milium aureum peregit. Curia Saliorum in Palatio, quae Saliorum cum flagrasset inuentus est Lituus Romuli ille sus, autor ria. Cic. Plutarc. ut L. Iginius, tradit Publicolam domum habuisse Subueliam nuncupatam, foroq; imminentem. Tarquinij uero prisci domus ad Iouis Statoris templum fuit. Liuius: Quum clamor, impetusq; multitudinis uix sustineri posset, ex superiore parte aedium per fenestras in viam Nouam uersus (habitabat enim rex ad Iouis Statoris aedem) populum Tanaquil alloquitur. Seruit Augustum, post Aeliacum bellum, Palatum ex suo precepto edificatum, quum esset domus priuata, Reipub. donauisse.

De Summa Velia, Statuis palatinis, alijsq;
rebus in genere. C A P . V I .

Veriam Summam ad eam Palatij partem quæ celsior
uersa est in ortum æstuum, diuæq; Mariæ Nouæ
ædem fuisse, diximus: cui, ut uult Var. ex eo inditum est
nomen, quod ibi pastores palatini, ante tonsurā inuentam,
uellere lanam consueuerint. Augustus in Palatio iuxta Fi-
Bibliotheca, dei templum Bibliothecam extruxit Latinam, Græcamq;
Porticus pa- cum Porticu, quæ Palatina dicebatur, in qua Senatus sta-
latina. tuam Numeriano imper. posuit, cum inscriptione,

D I V O N V M E R I A N O O R A T O R I P O T E N T I S S I M O .

Statua M. Var. uiuentis adhuc candem porticum exor-
nauit, teste Pollio. Bibliothecam uero Apollinis Colos-
sus Thuscanicus L. pedum à pollice ære nobilior, an pul-
Augurato- chritudine, dubium. Fuit in Palatio Auguratoriū, id est,
rium. locus ubi auguria captabantur: & Apollo cognomento
Palatinus opus Scopæ, Latonaq; in palatiū delubro, ut ait
Plin. Suetonius commemorat Titum Imp. statuam aureā
Britanico in palatio posuisse. Arbor fuit in eodem Pal-
Romuli ha- tino nata ex hasta Romuli, qui captato augurio hastam
sta in arborē. ipsam de Auentino monte in Palatinū iecit, quæ fixa fron-
duit, & arborem fecit: Laurusq; nata eo die, quo Augu-
Laurus cum stus, unde triumphantes coronari consueuerunt. Balnea
Augusto na quoq; quas Cic. pro Roscio palatinas appellat, cuius uesti-
gia extant supra circū Maximū, haud procul à uinea Fe-
drae. Iulius Capitolinus refert locū fuisse in eodē mōte, qui
Sicilia dicebatur, & alterū, qui Iouis Cœnatio: & Lāpri-
dius

dius Plateas pulcherrimas saxis Lacedæmonijs, ac porphyreticis stratas, quas Antonianas vocavit. Quæ saxa, Plateæ Antoni inquit, usq; ad nostram memoriam manserunt, sed nuper nianæ eruta, & execta sunt. Fuit in colle palatino Vicus Padi, & Fortunæ respicientis, Inibiq; ferie celebrabantur, in quibus sacrificium, quod siebat, Palatual dicebatur, auctor Antistius Labeo.

De Palatio nunc Maiori, Atrio, & Veteri
Porta ipsius Palati. C A P. V I I.

Qvalis autem, & quanta fuerit Palati moles, & pulchritudo indicant ruinæ ingentes, quæ ibi conspiciuntur: indicant ex picturæ, statuæq; præclarissimæ, pretiosæq; columnæ in eo repertæ. **Q**uis autem tanta ædificia auxerit, nullus, inquit Blon. scribit: quod nulla alia ratione factum crediderim, quam quod unusquisq; nulla insigni constructione facta, particulas addidit, quas scriptores, ut parum dignas, mandare literis omiserunt. Nos autem diximus Augustum suam priuatam domum Reipub. donauisse, quæ iuncta fuerat Palatio. Præterea Plin. prodidit, Caligulam partem Palati ad forum usq; promouisse, seq; bis uidisse urbem totam cingi duabus domibus duorum principum, scilicet Caligulae, & Neronis. Caligula autem in eo promouendo effecit ut aedes Castoris, & Pollucis, quæ erat in medio foro, è regione uestibuli suarum ædium esset. Sed quod scribit Blon. de Palatio Maiori, id quoq; de Palatio Vaticano nunc dicere possemus. Atriū autem Palatiū habuit augurato cōditū, in quo Atrium Pa- consulebatur Senatus, arietesq; immolabātur. Palatiū uetus latij. porta ad quā bello Sabino fūsos esse Romanos cōmemor-

f s rat

rat Liuius, fuit prope Rostra, & si quis ad illius uerba diligenter attenderit, nullibi, quām ē regione aēdis diui Lau-

Porta Ro- rentij in Mirāda existimabit. Quidam hanc Romuli portam appellant. Palatinus autem collis præter unam, atque alteram domunculum, & aēdem S. Andreæ prædictam, nullum nunc habet aēdificium: totus enim uinetus plenus, aut pascuis ager non oīibus magis, quām caballis, & capris est relictus, ut ucre Balantium possit nominari.

De templo Iani, Augusti, & Faustinæ.

C A P . V I I I .

Quartam partem situs urbis aggredientes à rebus diuinis, dijsq; immortalibus principium facturi rite uidemur, in primisq; ab eo, qui omnium rerum ianua ha-
Iani, betur, hoc est à Iano, cuius templum, præter Capitolinū, aliud in foro Transitorio fuisse, sic probat Ser. Captis Fa-
lisis ciuitate Thusciæ, inuentum est simulacrum Iani cum frontibus quatuor, (fuerat enim bifrons apud theatrum Marcelli) unde quod Numa instituerat trāslatum est ad forum Transitorium, & quatuor portarum unum tem-
plum institutum: In qua autem parte fori, parum liquet, sed crediderim in ea, quæ in fo. Ro. est uersa, prope Basili-
cam Pauli, ut sequitur quod ait Mar.

Et forat tot numeras lane, quot ora geris.

Procopius tradit ætate sua Iani templum fuisse in medio foro ex aduerso Capitolij, paulo supra eum locum, quem tunc Romani tres Parcas appellabant. Erat, inquit, sa-
cellum totum ex ære constitutum, quadrata quadam di-
mensione, tantæq; amplitudinis, quanta integræ Iani statua
poterat ænea quinquepedalis capi, capite dūtaxat bistrōs,
portæ

porte utriusque aeneae, que pacis tempore cladebantur, in-
stante autem bello aperiebantur, uocabaturque Ianus Ge-
minus. Verum alterum erat ab eo, de quo Ser. quia, ut die-
ximus, plures fuere Iani. De quadrifronte autem intelle-
xit Mar. cum dixit: Et lingua pariter locutus omni, nam
omnes de duobus non dicitur. Templum Augusti in foro Augusti.
Rom. positum erat, quod Tiberio imperante imperfectum,
Caligula absolvit, ponteque super ipsum transmisso Capi-
tolii Palatio coiunxit. Vnde ex tribus columnis eius pon-
tis prope palatinum montem, & totidem ad radices Ca-
pitoli adhuc erectis, facile possumus coniucere ubi nam
esset Augusti templum, super quod pontem transmisserit
Caligula. Vestigia templi Faustinae, quam Hadrianus ma- Faustinae.
ritus permisit diuinis honoribus a senatu colo delatis Cir-
censibus, Flaminibusque multa, insigniaque extare uidemus
post nunc ecclesiā S. Laurentij in Mirāda. De quo Spar-
tianus sic memunit: Inter deos relatus est, habet templum,
habet Salios, habet sodales Antonianos, qui Faustinae tē-
plum, quod ei sub Tauri radicibus fundauerat maritus, in
quo postea filius huius Heliogabalus Antoninus sibi, uel
Ioui Syrio, uel Soli, incertum id est, templum fecit.

De Castoris, & Pollucis templo. C A P. IX.

Castoris, & Pollucis Templum in fv. Ro. ab omnibus
scriptoribus collocatur. Lucretio Ofellae consulatum
petenti Sylla impedimento erat, ille autem solicitatus a
multis in forum uenerat, quem missus ab eo centurio iu-
gulauit, ipse in Castoris æde sedens cædem è suggesto
superne spectabat, Plutar. Martius de Hernicis trium-
phans in urbem rediit, statuaque equestris in foro decreta
est

est, quæ ante templum Castoris posita est, Liuius. Non' ne ab A. posthumio ædem Castori, et Polluci in foro dicata uides? Cicero: In qua autem parte fori permagna est dubitatio, et inter antiquæ urbis scriptores uaria opinio. Volateranus ubi diui Cosmae, et Damiani est ecclesia ponit: Pomponius uero Letus, certum non signans locum, in fine fori: quidam in via Sacra: Fuluius sub palatio iuxta Iuturnæ fontem, ubi nos Iouis Statoris templum: cui uidentur ad stipulari Diony. uerba quæ sequuntur: Huius autem inopinatae, admirabilisq; apparitionis cum signa adhuc Romæ multa, cum uero est ædes Pollucis, et Castoris, quam supra foro extruxit ciuitas, ubi uisa sunt illorum simulacra. Et rursus: Specie pugilum, equosq; madidos sudore ad scaturiginē, iuxta ædem Vestæ manantem, abluisse ait. Et Ouidius locum tetigit his carminibus: Fratribus illa dies, fratres de gente deorum,

Iuxta Iuturnæ composuere lacus.

Vnde cum Diony. dicit ædem ipsam structam ubi illorum uisa fuerant simulacra, et subiungit, iuxta ædem Vestæ, cum Ful. ut diximus, uidetur conuenire, à Blon. uero discrepare. Var. namq; inquit Blon. cum dixisset, Tullum Hostilium curiā Hostiliam ædificauisse, sic sequitur: Ante hanc Rostra, sub dextera huius Comitio locus substratus, ubi nationum subsisteret legati, qui ad Senatū essent missi. Hinc Grægostasis à parte, ut multa. Senaculum supra Grægostasim, ubi ædes Concordiae, et basilica Opima. Qui ergo descriprium supra à nobis forum Romanum cognoscit, et Var. uerba considerat, facile intelligi Rostra. get Rostra templum ad radices Palatij fuisse, ubi nunc est parua

parua S. Marie de Inferno ecclesia. Si igitur & Castoris templum ad radices Palatij, ubi Ful. ponimus, non video quo modo habebit Rostra è regione, quemadmodū uult Plin. cuius uerba hæc sunt : Ex his Romuli sine tunica, sicut & Camilli in Rostris, ante ædem Castorum fuit. Cic. in Ver. locutus de Castoris templo, eiusq; columnis subdit, Qui ædem Castoris testem furorum tuorum esse uolueris, quam Pop. Rom. quotidie, iudices etiā tum, cum de te sententiam ferrent, uiderent. Et cum sententiæ in Rostris ferri solerent, patet quod Plin. etiam testatur, Ca storis ædem ante Rostra, uidelicet apud Faustinæ templū, nunc S. Laurentij in Miranda, fuisse. Quo in loco paucis diebus ante urbis direptionem à barbaris factam, uidimus marmora mura arte sculpta, columnasq; pulcherrimas effodi, ut existimem eas esse columnas, eaq; esse ornamēta de quibus memini Ciceronem multa loqui. Quod, nisi uelimus ibi Castoris ædem, ut par est, collocare : necesse est, secundum Ful. alibi, quam in radice Palatij, Rostra sta tuere: non enim procedit quod utrūq; sit ad radices Pala tini montis, & Rostra ante ædem Castoris. Si autē ean dem ædem apud Vestæ libet ponere : dicendum duas fuisse apud forum, quarum alteram A. Posthumius dicta tor bello Latino uouit, eiusq; filius duumuir creatus dicitur. Alteram L. Metellus Dalmaticus de manubijs posuit: quāquam Asc. dicit Metellum instaurasse, nō posuisse. Non desunt autē qui ædem diuo Cosmè & Damiano nunc sacram, Castori, & Polluci attribuant : quorum templum cum maximū, nobilissimumq;, ac multis colūnis exornatum fuisse in Verrem, ut dixi, ostendat Cicero, horum

horum opinionem refutamus. Cosmæ enim ex Damiani talium columnarū nullū præ se fert uestigiu, aut signum. Huius ædis gradus reuulosos à Clodio memorat idem autor pro domo sua, & pro Sex. Qui alibi etiam S. C. cōcionesq; in eadem sēpe habitas esse docet. Fuit autem statuis, & nobili pictura à Cecilio Metello perbelle exornatum, qui, ut refert Plutar. Flora simulacrum pulchritudine insigne in eodem posuit. Inerat & Tabula monumentum ciuitatis equitibus campanis datæ.

De Cæsarîs, & Veneris Genitricis templo, eiusdemq; Veneris Atrio. C A P. X.

DIUS autem Cæsartempulum prope forum suum habuisse dicitur, de quo Cor. Tac. sic memunit: Ante eadem diu iulij jacuit primo istu: loquitur enim de Galba ad lacum Curtium imperfecto. Plin. narrat Augustum in templo Cæsarîs patris Castores, ac Victoriam posuisse.

Veneris Ge- In eodē foro Veneris Genitricis templum statuit Appia-
nitricis. nus. Post uictoriam, inquit, contra Pompeium Cæsar

Atrium templo Veneris circunduxit. Quod Hadrianus longo tempore post instaurauit. Nam, ut scribit Diony. Apollodoro architecto descriptionem, & formam tem- pli Veneris misit, significans sine illius opera, & ministerio etiam ingentia ædificia extrui posse. Querebat itaque an ædificium illud recte, & commode se haberet. Rescripsit de templo sublime illud, & concavum fieri oportere, ut ex loco superiori in Sacram usq; uiam insig- nior prospectus esset, & magis conspicuum concavum ad excipiendas ludorum machinas, quæ in eo loco latenter compingi, & item ex occulto in theatrum duci possent.

Quod

Quod si aliud fuit ab eo, quod posuit Cæsar uotum bello Pharsalico, fuit omnino prope uia Sacra, sicut ex Cæsaris, uidelicet post Faustinæ templū, nūc S. Laureti in Misranda. Augustus ædē Martis Ultoris bello Philippensi uotā in suo excitauit foro, de qua Suet. ita meminit: Publica opera plurima extruxit, è quibus precipua forū cū æde Martis Ultoris. Meminit et Ouidius his carminibus:
Ultor ad ipse suos celo descendit honores,

Templaque in augusto conficienda foro.

Plin. autem dicit se uidisse Scyphos è ferro dicatos in eodē templo, anteq; ipsum duas statuas Alexātri Magni tabernaculum sustinētes. Cor. uero Tac. Senatores decreuisse ut Germanicus, atq; Drusus ouantes urbem introirent, circumq; latera eiusdem templi structos esse arcus cum effigie Cæsarum. Arbitramur autem Martis diuīe Martinæ cessisse templo, aut certe prope fuisse.

De Vulcani, Concordiæ, Pacis, Romuli, ac Veneris Cloacinæ Templo. C A P. XI.

Vulcani templum supra Comitium locauit Sex. Pomp. eius sunt hæc uerba: Statua Ludienis, qui quondam fulmine ictus in circo, sepultus est in Ianiculo, cuius ossa postea ex prodigijs, oraculorumq; responsis Senatus decreto intra urbem relata, in Volcanali, quod est supra Comitium, obruta sunt. Et cum Comitiū, ut uidebis, sit intra Palatinū montē, Romuli et Remi, atq; Pacis templū, dicimus Vulcani ad radices Palatini è regione fermè eiusdem Pacis fuisse. Dionys. de Tatio, et Romulo loquens: Tractantes, inquit, in Vulcani templo negotia, quod superstat foro. Hinc constat Vulcani *edem*

ædem in urbe Romulum posuisse, contra Blondi opinionem, qui scribit Romulum existimauisse Volcanum quidē colendum, sed, ne urbs incendijs esset exposita, urbe excludendum: cui suffragari Vitruuij hæc uerba uidentur: Extra murū Veneris, Volcani, Martis phana ideo collovari, uti nō assuescat in urbe uenerea libido, Volcaniq; uis è mœnibus religionibus, & sacrificijs euocata, à timore incendiorū uideātur liberari. Quod si consideremus tempora, inueniemus Vitruuum quidem cum Pompeio, & Dionysio optime cōuenire, Blondum uero non recte sensisse. Nam Romuli ætate cum malle, ut ait Plutar. domus tantum essent, admodum in eo ambitu rarae, nō erat metu incendijs Volcanus urbe excludendus, sicuti, ut hominum, ita ædificiorum urbe aucta. Verū si Blon. in locoru descripione rationē temporis habuisset, quia aliter, ut ipse uult, in primis conditæ urbis, & nascentis Reip. temporibus: aliter nata, & aucta rerū opulentia ædificatum sit, nō tam facile in hunc incidiasset errorē. Volcani templum dedicauit Tatius, ut Solis, & Lunæ, Saturni, Rheæ, Veste, Diana, Quirini. Idem Diony. tradit, sicut & Plutar. Romulum secundum triumphum ducētem currum æreum templo Volcani obtulisse, eumq; prope effigie sui ipsius collocasse: Coelisq; statuam in eo positam esse, & conciones solitas haberí. In buius autem area Concordie templum statuit Sex. Pomp. & Plin. Si intelligit de eo, quod Fulvius ille, libertino patre natus, uouit, si populo reconciliasset ordinem Senatorum, & equestrē, structum annis CCCIII. post capitolinū, summa inuidia nobiliū, ex multititia pecunia fœneratoribus cōdénatis, in radice Palatini montis

Concordie.

montis fuisse opinamur: nō autē in Palatio, ut putat Blon.
 Sequeretur enim, secundum ipsum, in eodem monte fuisse
 et Volcani, quod adduci ad suspicandum nullo modo
 possum, cum in Concordiae area a dictis autoribus collo-
 catum sit. Insecuto uero tempore Graccho, et Fulvio
 trucidatis, templum hoc instauratum fuit ab Opimio Coſſ.
 summo populi dolore. Vnde noctu inscriptum fuit,

OPVS VECORDIAE TEMPLVM
 CONCORDIAE FECIT.

Apianus ait iussu senatus erectum esse. In huius autem
 area Liuius refert, C. Bebio Pamphilo, et L. Aemilio
 Coſſ. per biduum sanguine pluisse. Concordiae templum
 erexit et Liuia Drusilla, ob uiri cum ea cōcordiam, quod
 Tiberius dedicauit, Suet. meminit, et Ouid. ita,

Templaq; fecisti, quam colis ipſe, deo,
 Hec tua constituit genitrix, et rebus, et ara.
 Quod in porticu Liuiæ his carminibus collocasse ostēdit,
 Te quoq; magnifica Concordia dedicat æde

Liuiæ, quam charo præstítit illa uiro.

Quo in loco deinde Vespasianus mira celeritate templū Pacis.
 Pacis, à Claudio prius inchoatum, post bella ciuilia ædifi-
 cauit: cuius templi pars prope diue Mariæ Nouæ ædem
 adhuc extare uidemus. Fecit, inquit, Suct. noua opera tem-
 plum Pacis foro proximum. et Iosephus: Post trium-
 phum, et Romani imperij firmissimum statum Paci tem-
 plum ædificauit. Fuit autem hoc templum maximum lon-
 gitudine, et latitudine, quadrata forma, maximis pulcher
 rimisq; exornatū columnis, quarum una ibidem adhuc est
 erecta tantæ crassitudinis, ut tribus ulnis uix amplectatur.

g In codem

In eodē templo, uasa, & ornamenta templi Hierosolymitā triumpho Titi aduecta reposuit Vespasianus, & uniuersa donaria in eo consecravit, autor diuus Hierony. Venetū remq; dedicauit. Incendio autem exhaustum esse tempore Commodo Imp. scribit Herodianus in hæc uerba: Nam cum neq; imbræ, neq; nubes, tantumq; exiguis terræmotis antecessit, seu nocturni casu fulminis, seu igni aliquo in ipso terrarum motu ueluti extrito totum de improviso Pacis templum consumptum incendio est, quod unum scilicet opus cunctorum tota urbe maximum fuit, atq; pulcherrimum: idem templorum omnium opulentissimum, egre-
gieq; munitum, multoq; ornatum auro, & argento. Quippe uniuersi ferme illuc diuitias, quasi in thesaurum congregabant. In Pacis Ganimedis statuam fuisse ostendit Iuue. cum inquit, & Ganimedem Pacis, & adiectæ secreta palatia matris. Aram autem Pacis primus excitauit Aug-
ustus: auxit deinde Agrippa. Quid,

Ipsum nos carmen deduxit Pacis ad aram,

Hæc erit à mensis fine secunda dies.

Quo autem in loco parum liquet. Intra Pacis, & Faustinae extat antiquissimum templum, & eius porticus duæ columnæ, nunc diuo Cosmæ, Damianoq; dicatū, quod P. Vic. Remi fuisse significat: Petrus uero Lateran. bibliothecarius & alij, Romuli, siue Quirini & Remi, idq; à Caruilio Cos. uictis Sannitibus dedicatū est, atq; spolijs hostium exornatum: quorum tanta fuit copia, ut non modo templum hoc, & forum, sed etiam socijs ad templorū publicorumq; locorū ornatū diuiderentur, autor Liu. Var. uero uult Tatius regem Quirini dedicauisse templum, sed de eo

Ara Pacis.

Romuli.

de eo intellexisse arbitror , cui ad radices Palatini montis locū dedimus . Hoc autem habet primam partem in ipso ingressu circularē cum testudine, & foramine, sicut Pantheon, æneas quoq; ualua, quæ prius signis, æreisq; orna mentis erāt conspicuæ. Sed quæ olim ad ornatum erant maxime, nunc tantū, ad claudendum factæ esse uidentur. Veneris Cloacinae ædem prope sacram uiam statuit Ouidius Veneris C in Fast. Cloacinae autē simulacrum in Cloaca maxima re acinæ. pertū consecrauit Tatius rex: & quia cuius esset effigies ignorabat, ex loco illi nomen imposuit.

De Telluris, Salutis, Victoriæ, Solis, & Lunæ templo, de domo Caſſij, & de Arma=

mentario. C A P. XII.

TEmplum Telluris, quod in quarta regione antiquæ urbis constituit P. Victor, Palatio proprius, quam Esquilijs fuisse putat Ful. Aliqui uero in Suburra, ubi nūc ecclesia S. Salvatoris in Tellure, è regione diui Petri in uinculis. At Ser. super eo hemistichio, Lautis mugire carinis, contra Fuluij opinionē, uidetur prope Esquilias collocasse, dicens Carinas intra templum Telluris esse. Quare ego crediderim fuisse prope cliuum, qui dicit ad prædictam diui Petri ædem, ubi nunc ecclesia diui Pantaleonis: cui opinioni adstipulantur, quæ sequuntur, Dionys. uerba: Post Caſſij mortem domus eius euersa fuit, & hoc usque subdialis dimittitur. Is locus extra ædem Telluris, quam postea extruxit ciuitas in parte quadam eius, secundum eam uiam, qua itur ad Carinas. Patet ergo Fuluium & reliquos antiquitatis autores locum ignorasse. Sempronium autem hoc templum nouisse probat L. Florus

g 2 sic:

sic: Domiti hinc Picentes. Sed caput gentis Asculum Sempronio duce, qui tremente inter prælium campo Tellurem Deam promissa æde placauit. Valer. autem Max. ait, S. P. Q. R. hanc ipsam ædem designauisse in area ædium Caſſij regnum affectantis, in qua patres frequenti senatus de rebus dubijs consultare solerent. quod Cic. pluribus in locis testatur, sed in Philip. sic: Te autem M. Antoni appello unum illum diem, quo in ædem Telluris senatus fuit. Ad Q. Fratrem autem inquit: De Telluris æde, et porticu Q. Catuli me admones, fit utrumq; diligenter ad Telluris quidem etiam tuam Statuam locauit. Et pro domo sua: Sp. Caſſij domus ob eandem causam euersa est, atque Armamenta in eodem loco ædes posita Telluris. Alibi uero ad Tellurium Telluris Armamentarium fuisse sic memorat. Putant enim non nulli ad me pertinere Armamentarium Telluris aperire. Salutis ædes, In hoc ambitu fuit Salutis ædes, uota bello Samnitico à C. Iunio Bibaculo Cos. ab eodemq; Censore locata, et Dictatore dicata. Liuius autor. Habuit hæc pars situs urbis, Victoriae ædem, quam prope forū L. Volumnius Aedilis ex multatitia pecunia faciendam curauit. Habuit et Apollinis aram, de qua meminit Solinus, et Liuius. Pomp. Letus uult Concordiae, et Aesculapij templum fuisse in hor- tis diuine Mariæ Nouae, uersus Amphitheatrum: Iſidis autem et Serapidis autumat Fuluius quod P. Victor scribit tertiae urbis regione fuisse Iſidis, et Serapidis, in qua ea sunt templa, et quod Vitruvius ita dicit: Temples dii sic distribuenda, Mercurio in foro: Iſidis, et Serapidis in emporio, Solis et Lu- quodq; Var. innuit emporium ibi fuisse sic: Huiuscem, in quæ, pomarij summa Sacra via. Ego uero Solis, et Lu- nae cre

næ crediderim, cum ex duabus tē studinibus duorū templorum videamus alteram ortum solis: alteram uero occasum spectare, Varroq; tradat Tatium regem Solis, Lunæ, & Volcani ædes dedicauisse, que inuicem prope erint.

De Foro Traiani, & de ihs quæ in eo fuere, uel sunt.

C A P . X I I I .

*T*Nstauratis maxime locis sacris, ac renouatis, que ad hominū memoriam, & laudem spectant breuiter restituamus, ab optimo q; illo Traiano auspicienur. Traiani Traiani forū igitur Forum fuit inter Nervā, Capitoliū, & collem Qui rinalem, cuius architectum Apollodorum fuisse, his uerbis ostendit Dion. Hadrianus Apollodorū architectum, qui Traiani forum Mētodeum, & Gymnasium, illo iubente, fabricauerat, primum urbe expulit, postea interfecit. Huius autem fori tectum æneum fuisse scribit Paus. Gellius: In foro, inquit, Traiani simulacra sunt sita circūundiq; inauata equorū, atq; signorum militarium, subscriptumq; est.

E X M A N V B I I S .

Quæ simulacra ob aliquod in Remp. meritum sumptu publico locari consueuisse, ostendit titulus excisus in marmore, in eodem foro reperto, qui est talis:

ANNIO PAVLINO IVN. PRO COS. ASIAE
ET HELLESPONTI COSS. ORDINARIO
PRAEFEC. VRBI VICE SADRA IVDI-
CANTI OB MERITVM NOBILITATIS
ELOQVII IVSTITIAE ATQVE CENSU
RAE QVI PRIVATIM ET PVBLICE

g 3 CLA

CLARVS EST PETITV PO. RO. TE-
STIMONIO SENATVS IVDICIO D. D.
N. N. TRIVMPHATORVM AVGG.
CAESARVMQ. STATVAM SECUNDAM
AVRO PERFVSAM LOCARI SVMPTV
PVBLICO PLACVIT.

Huius autem porticus cum amplissimis, excelsisq; co-
lumnis, magnisq; epistylis tantam affrebat intuenti-
bus admirationem, ut non hominum, sed Gigantum ma-
nu omnia facta crederentur, in qua summorum virorum
statuas pulcherrimas uidiq; ab Alexandro Seuero trans-
latas fuisse admonet Lampridius. Ad quem nempe lo-
cum cum Constans Constantini filius peruenisset, sin-
gularem structuram primum attonitus cernens, per' que
giganteos contextus circumferens mentem, omni spe tra-
lia conficiendi anota, Traiani equum solum locatum in
atrij medio imitari se uelle dicebat: cui regalis Ormisda
respondit: Stabulum prius tale condas. Huius autem
equi imaginem in eius numismatibus uidimus, cum hoc
indice,

S. P. Q. R. OPTIMO PRINCIPI.

Ex columnis uero, quas diximus, duæ miræ magnitudinis
sub tellure adhuc iacent prope ecclesiam S. Marie co-
gnomento Loreti. Forum autem exornauit etiam Arcus
triumphalis eiusdem principis, de quo Diony. sic loqui-
tur: Triumphalis tunc arcus, præter alia multa, quæ in ho-
norem eius & decreta, & facta fuerant, in illius foro
substructus est. Traianus quidem inibi palatum etiam
uarijs

uarijs marmoribus, intus uero picturis, statuis' que exor= natum habuisse dicitur: Vopiscus uero scribit Aurelia= num Imp. iussisse tabulas publicas ad priuatorum seueri= tatem in Traiani foro exuri. In cuius medio stat adhuc Cochlidis, eius columna, in qua circunquaque rerum ge= Columna starum simulacra ipsius mura arte cælata uisuntur: & Traiani, in primis Dacicum bellum. Intus uero gradus centum octoginta quinque in eius fastigium præbent ascensum. habet autem fenestellas quadraginta quinque: altitudi nem uero pedum centum uiginti octo, uel, ut scribit Eu= tropius, centum quadraginta: in summo Traiani ossa au= rea pila condita fuere: quamquam Diony. ait Hadriæ= num in columna ossa Traiani condidisse, cuius sunt hæc uerba: Ingentem columnam in foro statuit, siue ut ea pro sepulchro esset, siue in ostentationem eius operis, quod ille circa forum egit. Cliuus surgebat, quem effossa quoquo uersus terra ita complanauit, ut undique colum= na conficeretur, forumq; deinde in area modum æqua= tum mansit. Hanc autem columnam Traiano bellum ge= renti apud Parthos Senatum dedicauisse, ipsumq; prin= cipem eam non uidisse ferunt: nam è Persis rediens apud Scleuciam Syriæ urbem fluxu sanguinis decepsit. Hunc uero solum omnium Imperatorum in urbe sepultum esse tradit Eutropius. Quod autem in columna ratio est, quia apud maiores, principes, nobilesq; sub montibus se= peliebantur. hinc Virg.

Monte sub aërio, qui nunc Misenus ab illo
Dicitur.

Et cum in omnibus locis, ubi erant sepulchra excitanda,

non essent montes, natum est ut super cadavera, aut pyramides fierent, aut ingetes collocarentur columnæ, que licet propriæ sint, quæ culmen sustinent, tamen et ad magnificantiam erectæ, hoc nomine appellantur, qualis hæc, in cuius basi talia leguntur.

SENATVS POPVLVS SQVE ROMANVS.
IMP. CAESARI DIVI NERVAE TRAIANO AVG. GERM. DACICO PONTIF. MAXIMO TRIB. POT. XVII. IMP. COS. VI. P. P. AD DECLARANDVM QVANTAE ALTI TV DINIS MONS ET LOCVS TANTIS EX COLLIBVS SIT EGESTVS.

Deforo, Palatio, & Porticu Neruæ.

CAP. XLI.

Neruæ autem Forum occurrit post ædem nunc S. Hædriani in tribus foris, in medio cuius columnæ ænea ingentis magnitudinis existens tectum, ex laminis aurichalci extructum, sustinebat, intrinsecus uero lumen erat ambiguum, autor Paus. Hoc forum iam antea inchoas uerat Domitianus. Suet. Nouam, inquit, excitauit ædem in Capitolio Ioui Custodi, et forum quod nunc Neruæ uocatur. Fuisse autem uarijs columnis, et statuis exornatum testatur Spartanus de Alexandro Seuero loquens, his uerbis: Statuas iocosas, uel pedestres nudas, uel equeſires diuis Imperatoribus in foro Neruæ, quod nunc Forū Transitorium dicitur, locabat, omnibus cum titulis, et columnis æreis, quæ gestorum ordinem continerent. Transitorij

sitorij inde traxit nomen, quod ab eo in Augusti Cæsaris, et Romanum forum transiretur. Extare enim adhuc uidetur pars Porticus ipsius fori incendio absumpta, cum quibusdam columnis excelsis, et pulcherrimis, ubi literæ leguntur titulos Nervæ præferentes, quæ sunt huiusmodi:

I M P. N E R V A C A E S A R T R I B.
P O T E S T. I I. I M P. I I.

Collapsis epistylis desunt non nulla, is locus corrupto vocabulo pro arcu Nervæ, arca Noe dicitur. Eiusdem Arcus Nervæ Palati pars ex lapidibus quadratis, ingentesq; couelumne cernuntur adhuc inter Comitium, et Militie turrim, cum ecclesia S. Blasii inclusa.

De Foro Romano, Carcere Tulliano, &
Marforij simulacro. C A P. X V.

Romanum Forum, quod et Latium appellavit Statu Forum Latium, à radicibus Capitolijs producebatur secundum tium longitudinem usq; ad ecclesiam S. Mariæ Nouæ, ut testatur Dionysius, memorans Valerium in colle imminenti foro domum habuisse: cumq; suprà demonstratum sit domum hanc in Velia fuisse, è regione eiusdem ecclesie, fuit necesse forum eousq; peruenisse, quo ei imminaret. Ab origine autem urbis angustiores fines habuisse opinamur. Nam cum Lilius narret Curtium ab arce decucurrisse, egisseq; Romanos effusos toto quantu foro est spatium, usq; ad portam Palatij, usumq; sit Romulum Iouis Statoris templum in radice Palatini montis, ubi exercitum firmauerat, posuisse, satis coniçimus forum ipsum non ultra primas radices eiusdem montis terminos habuisse. Multos uero post annos ampliavit Augustus, teste Suct. Comitium uero erat Comitium.

g 3 foro

foro iunctum, uel potius ipsius fori pars, à predicta porta ad eandem diuæ Mariæ ecclesiam. At priusquā de eo agamus, quæ in foro uidendū est. In radice Capitolij, qua parte mons ipse ortum brumalem spectat, carcerem ædifica

Cancer Tul uisse Ancum Martium sic docet Liuius: Fecit carcerē media urbe, imminentem foro ad terrorē crescentis audacie.

Tullianus. Partem deinde addidit Tullius, cui Tulliano nomē impo-
suit, de quo Calp. Flaccus ita scribit: Video carcerem pu-
blicum, saxis ingētibus structum, angustis foraminibus, &
oblongis lucis umbram recipientibus: in hunc abiecti rei
robur Tullianum aspiciunt, & quoties iacentes ferrati
postis stridor excitat, exanimantur, & alienum suppliciū
spectando, suum discunt. Sonant uerbera intus, recusanti-
bus spurca manus carnificis ingeritur, sedet ianitor in-
exorabilis pectore, qui flente matre siccōs tenet oculos,
illuuius corpus exasperat, manus catenae premunt. Descri-
bitur perbelle etiā à Sall. hoc modo: Est locus in carcere,
quod Tullianum appellatur, ubi paulum descenderis de-
presus ad lēuam circiter xx. pedes, eū muniunt undiq;
parietes, atq; insuper camera lapideis forniciis iūcta, sed
inculta tenebris, & odore foedo, atq; terribilis eius facies.
Vnde autem dicatur, hæc declarant Var. uerba: Cancer à
coercendo, quod exire prohibentur, in hoc pars quæ sub-
terra, Tullianum, ideo quod additū à Tullio rege, quod
Syracusis, ubi hac de causa custodiuntur, uocantur latho-
miae. Lathomiae enim ex Græco, & maxime à Syracusa-
nis, qui Lathomias & appellant, & habet, ad instar carce-
ris, ex quibus locis excisi sunt lapides ad extruendā urbē,
autōr Sex. Pom. Cic. septima actione in Ver. Lathomias,
inquit

inquit, Syrucusanas omnes audistis, pleriq; nos tis, opus est
 ingens, magnificentum, regum, ac tyrannorum, totum est ex
 saxo in mirandam altitudinem depresso, et multorum ope-
 ris penitus excisum, nihil tam clausum ad exitus, nihil tam
 septum undiq; nihil tam tutum ad custodias, nec fieri, nec
 cogitari potest. Sen. Sabinum in lathomias fuisse damnatum
 tradit: Liuius uero principes Aetolorum tres et quadra-
 ginta, inter quos Democritus, et frater eius erat, Romam
 a M. Attilio deductos, in lathomiasque coiectos. Erat autem
 Tullianum, sicut hodie uidemus, duplex: superior, et infe-
 rior camera. Superiori extat adhuc foramen spiraculi causa
 additum, ut retuli. Flaccus. Locus nunc diuo Petro cogni-
 mento in Carcere est dicatus. Ante hunc iacet marmoreum
 ingens simulacrum Marforium uocatum, que Pistorum Marforium.
 deum, siue Panarium Iouem, quod tumores instar panum Jupiter Pan
 circumquaque promineant, multi esse affirmant. Nam (ut au-
 tor est Lactantius) eo tempore, quo Romani obsecuti in Ca-
 pitolio erant, Iupiter per quietem admonuit, ut ex omni
frumento, quod habarent, pane facerent, in hostiumque ca-
stra iactarent: eoque facta, soluta est obsidio, desperantibus
Gallis inopia subigi posse Romanos, quare Ioui Pistori
non solum Aram, uerum etiam statuam in perpetuam rei me-
moriam posuerunt: At, cum in seculo simulacrum hoc sit
collocatum, Rheni Germaniae fluminis esse tenemus. quod Rheni flu-
autem sit Nar flu. ut uult Fulvius, non placet: nulla enim mulacrum.
apparet ratio cur Nar ueniret a Romanis excitandus.
Marforium cur uocitent, nihil est certi, quod datur, nisi
uelimus ex eo, quod in Augusti foro esset, ut quorundam
est opinio, ubi et Martis templum.

De se

De secretario Pop.Ro. Arcu Septimij, tem-
plo Saturni, ac de Aerario, & Officina
cudendi pecuniam. CAP. XVI.

Post autem Marforij simulacrum, è regione arcus
Septimij, sequitur ædes diuæ Martine nunc sacra,
ubi olim Secretarium populi Romani fuisse in marmore
incisus index probat huiusmodi:

SALVIS DD. NN. HONORIO ET THEO
DOSIO VICTORIOSISIMIS PRINCIPI=
BVS SECRETARIVM AMPLISSIMI SENA
TVS QVOD VIR ILLVSTRIS FLAVIVS
ANNIVS INSTITVERAT ET FATALIS
IGNIS ABSVMPSIT FLAVIVS ANNIVS
EVGARIUS EPIFANIUS. VC. PREF. VRB.
VICE SACRA IVD. REPARAVIT. ET AD
PRISTINAM FACIEM REDVXIT.

*E*n regione huiuscæ ædis, ad radices rupis Tarpeiae stat
Arcus Scæ adhuc Arcus, ut diximus, L. Septimij, omnium pulcherri=
mus, & parum mutilatus: in utroq; frontispicio cuius in=
cisæ sunt alatae victoriae cum trophæis, & terrestris, nauæ
lisq; belli simulacra, cum hac inscriptione:

IMP. CAES. LVCIO SEPTIMIO M. FIL.
SEVERO. PIO. PERTINACI AVG. PA=
TRI PATRIÆ. PARTHICO. ARABI=
CO. ET PARTHICO ADIABENICO PON
TIF. MAXIMO TRIBVNIC. POTEST.

XI.I.M.

XI. IMP. XI. COS. III. PROCOS. ET
 IMP. CAES. M. AVRELIO L. FIL. L.
 ANTONINO AVG. PIO FELICI TRIBV^e
 NIC. POTEST. VI. COS. PROCOS. P.P.
 OPTIMIS FORTISSIMISQVE PRINCI
 PIBVS OB REMPVBLICAM RESTITV^e
 TAM IMPERIVMQVE POPVLI ROMA
 NI PROPAGATVM INSIGNIBVS VIRE
 TVTIBVS EORVM DOMI FORISQVE.

S. P. Q. R.

Habet hic arcus à latere marmoreos gradus, per quos
 ego multoties euasi ad fastigium. Illud autem sciendum
 Seuerum triumphum respuisse, ne de ciuili uictoria uide-
 retur triumphare, tum etiam quòd morbo articulari in
 curru haud facile consistere poterat. Sequitur statim recta
 nunc diui Hadriani, olim Saturni templum, à Numatio Saturni tem-
 Planco conditum, autor Suet. uel instauratum, quia con- plu-
 stat antiquissimum esse. Et quidam dicunt inscriptione lo-
 cationis accepisse T. Largium. Var. autem L. Tarquinii
 regē, ipsum Largium dedicauisse. Liuius uero A. Semipro-
 nio & M. Minilio Coſſ. ait esse dedicatum, & à Planco
 restitutum, in quod ex capitolino ærarium Po. Ro. Trāſ-
 latum fecerunt, ut etiam Asc. significare uidetur his uerbis:
 Dum testes examinarētur (agebatur enim causa pro Ro-
 stris) Pompeius ad Aerarium sedens, tumultu Clodianæ
 multitudinis perturbatur. Et mox: Euntibus ad tabellā fe-
 rendam postero die iudicibus clausæ fuere tota urbe taber-
 nae, p̄ae

næ, præsidia in foro, et circa omnes fori aditus Pompeius dis-
sposuit: ipse pro ærario, ut pridie cōsedit. Aerarium in Saturni
templo ideo reponit Sex. Pomp. et Macrobius quod sub illo
nullum furtum fuerit cōmissum, aut quia nihil erat cuiusquam
priuatum. Plut. in prob. querens causam cur ærarium fuerit in
æde Saturni: An, inquit, ex eo quod fama obtinuit, Saturni tem-
pore, nec auaritiā, nec improbitatē usquā in hominibus fuisse,
sed iustitiam, et fidē. Cyprianus autem refert Saturnū in Italia
primum instituisse numos signare: et propterea Saturni æra-
rium uocari. In ærario promulgata seruabantur. Cic. tertio de
legib. Qui aget auspicia seruato. Auguri publico parēto. Pro-
mulgata proposita in ærario cognita agunto. Seruantur et li-
bri elephantini, in quibus x xx v. essent conscriptæ tribus, om-
nesq; publicarū rationū libri. Suet. in Cæsaris rebus gestis. Ta-
bulas ueteres ærarij, et debitorū, uel præcipuā caluniandi ma-
teriam, exuſſit. Seruabātur et signa militaria. Luius: Signa, in
quit, eo die à Quæstoribus ex ærario prompta, quorū duo cō-
munia erāt: Roseum pro peditibus cū titulo, S.P.Q.R. et Cæ-
ruleū pro equitibus, color enim cæruleus est maris, à deo cuius
inuentum equū fabulantur. Asc. dicit ueterū diligentia fuisse, ut
quod quisq; de subiugata provincia per triumphū apportauisset
perscriptū in tabulis in ærarium reponēdis conseruaretur, idq;
etiam Cic. tertia actione in Ver. hinc L. Florus ait Catonem Cy-
prius opes Liburnis per Tyberinū ostium inuexisse, que latius
ærarium Pop. R.o. q; ullus triumphus impleuere. Et Luius pri-
mo decadis quintæ Ap. Claudiū Centone ex Celtiberis ouantē
millia pondo argēti, et quinq; millia auri in ærariū tulisse. Ce-
sores in Saturni iuslurandū subire cogebantur. Inter nunc diui
Hadriani, et Castoris, Pollucisq; olim templū cudendi pecunia
priscis

priscis tēporibus stabat officina, argumento quōd eo in loco ui-
dimus effodi ingentē nummorū copiā, eius precij, ut cōiectura
assequebamur, cuius nūc est quadrans, ceterum igne corrupti.

De Miliario Aureo, Ponte Caligulae, & de Ro-
stris, ac Curia. C A P . X V I I I .

Miliarium autē aureū in capite fori Romani collocatur
à Plinio: à Cor. uero Tac. iuxta Saturni ēdem, narrante
cohortē ad aureū Miliarium sub æde Saturni perrexisse, uterq;
recte. Erat autē Miliarium aureū columnā prope arcum Septi-
mij, in qua incisæ omnes Italie uiæ finirent, & à qua ad singu-
las portas mēsuræ regionū currerent. Meminit Suet. his uerbis:
Ergo destinata die præmonitis cōscijs, ut se in foro, sub æde Sa-
turni, ad Miliariū aureū opperirentur, mane Galbam salutauit.
Caligula per forum Romanū à colle palatino ad capitolinū Pon-
tem marmoreū duxit, quo nihil ambitiosius tota urbe: sustētaba-
tur enim octo ginta ingentibus columnis, cādidiſſimi marmoris,
quarum tres ad huius, totidemq; ad illius montis radices adhuc
ſtantes cernuntur, prope quas paucis ante annis effossa fuere
marmora cum circulari huiusmodi inscriptione:

V I C E N A L I A I M P E R A T O R V M .

Altera autē ps habuit sacerdotes taurū sacrificātes. Secus ipsum
pontem, in medio foro, atq; è regione ædis diui Hadriani extat
ingēs marmorea colūna, quā exīstimo unā ex illis cōſe, quæ equū
æneū, inauratū Domitiani sustinebat, de quo quidē equo Papi-
nius mentionē sic facit: Quæ super imposito moles gēmata co-
loſſo Stat Latium complexa forum. Ad pedes cuius procu-
bit Rhēni flu. Germaniae ſimulacrum, de qua prouincia trium-
phū egisse Domitianū diximus, & idē autor tetigit, cū inquit:
Aenea captiui crinem tegit ungula Rhēni.

Cui ſi

Rostra. Cui simulacro Marforium nunc dicunt nomen. Ex rostris nauium Antiatium suggestum in foro, quod Rostra denominauere Romanii, fabricatum esse, Liuius sic comemorat: Naves Antiatium partim in naualia Romae subductæ, partim incensæ, Rostrisq; earum suggestum in foro extructum adornari placuit, Rostraq; id templum appellatum. Romanum forum ubi nunc Rostra sunt, ait Ser. Fuere autem Rostra ad radices Palati, ubi nunc diuinae Mariæ liberatricis est facellum, in medio foro. Vnde Appianus loquens de capite Marij iunioris absciso, narrat Sylia fori in medio, ante Rostra, illud appendisse. Quod autem M. Var. dicit fuisse ante curiam Hostiliam, sic accipimus, inquit, Blodus, ut partim curia Hostilia à Cœlio monte, in quo eam fuisse certissimum est pro sui magnitudine Rostra uersus, partim Rostra à Palatino monte in illam protenderentur. Hanc profectò rationem, si quis locoru situm consideret, planè absurdam, & ineptam iudicabit, nimurum uiam expeditissimam, quæ deinde Appia est denominata, omnesq; Palati fermè aditus occupassent. Præterea non fit uerisimile in ea rerum frugalitate tam amplam, tamq; magnificam curiam Tullum ædificauisse. Quare dicimus fuisse Rostra Nova ad radices Palatini montis, & Vetera apud Curiam. De nouis quidem paulo ante Ser. meminit, de veteribus uero Sueton. in funere Augusti, his uerbis: Bisfariam laudatus est, pro æde diui Iulij à Tiberio, & pro Rostris ueteribus à Druso Tiberij filio, ac Senatorum humeris delatus in campum, crematusq;. Asc. scribit, Clodij corpus, ut uulnera uideri possent, delatum in foro, & pro Rostris positū, populumq; deinde

deinde in curiā tulisse, atq; cremauisse, eoq; igne Curiam, Portianq; basilicam ei coniunctam cōflagrassē. subdit longe post: Erant enim Rostra, non eo loco, quo nūc, sed ad Comitium prope iuncta Curie. Si ergo Rostra in Comitio ante Curiam, ut uult Var. dicimus fuisse, intelligēdum est duas extitisse Curias Hostilias, unam prope forum, ubi nunc templum Pacis, in cuius ruinis inuentum est marmor cum indice huiusmodi:

IN CURIA HOSTILIA.

Aut certe iuxta ipsum, ut posſit Rostra ante se habere. Alteram uero in Cœlio monte, de qua infra uidebimus. In Rostris agebantur causæ, quæ admodū apud Liuū legitur de Virginea, utrū serua, an libera eſſet: Ferebātur leges, auto. Cic. pro Rab. Habebantur cōciones, idē in Pis. Cæsar Iuliam amitam, uxoremq; Corneliam defunctas pro rostris laudauit, Sueton. & Plut. autorib. Plinius, Concio naturi, inquit, Rostra ascēdebant. In eisdem clariſſimorū uirorū statuae erigi solebant. hinc Cic. in philip. Cn. Octauij clari & magni uiri, qui prius in eā familiā, quæ postea uiris fortissimis floruit, attulit cōſulatum, Statuam uides in Rostris. Asc. pro M. Scauro Camilli togatam, siue tunicis in his collocat. ante hæc uero Appianus Syllæ equestrem ex auro cōflatam, cum hac inscriptione:

COR. SYLLAE IMPERATORI FORTVNATO.

In præclaro fori Romani loco, pro Rostris, super leonem lapideum impositum fuisse corpus Faustuli, qui ibi Faustuli staccedidit, dum certamen Romuli, & Remi dirimere uellet, tua. tradit Dion. M. autem Var. post Rostra Romuli sepul-

b chro

chro locum fecit. Fuit pro Rostris Herculis statua tunicae, habitu æleo, facie torua, subscripta.

L. LVCVLLVS IMPERATOR DE M=NVBIIS HOSTIVM DEDICAVIT.

Plin. Sibyllæ, inquit, tres iuxta Rostra in foro sunt, una, quam Pacuvius Taurus ædilis pl. instituit: duæ, quas M. Meßala. Inter antiquissimas fuere Tullij, Cœlij, L. Rosciij, & Sp. Matici Fulcinij à Fidenatibus, & Cn. Octavianij apud Antiochum in legatione intersectorū. Propter ea L. Florus ait, Romæ capita cæforum proponere in Rostris usitatum esse.

De lacu Curtio, Cloaca Maxima, & Doliola.

C A P . XIX.

Marcus Varro refert in foro Romano lacum Curtium fuisse, priusquam cloacæ essent. per quod innuit Cloacam per ipsum lacum sequenti tempore derivatam, quam alta tellure opertam uidimus nuper in radicibus Palatini montis, per forum Romanum fluentem, perq; eiusdem montis radices in Velabrum, & inde cadentem in Tyberim. Quare patet lacum Curtium, sicut & Cloaca Maxima, in medio foro extitisse, haud procul ab equo Domitiani. hinc Papinius:

Ipse loci custos, cuius sacrata uorago,
Famosusq; lacus nomen memorabile seruat.

Cum igitur dictum sit equum Domitianum stetisse in medio foro, ubi nūc unica erēcta cermitur colūna, præter alias rationes, ex his Statij carminibus iudicamus lacum Curtium fuisse in hortis dictæ columnæ adiacentibus. Dion. Est, inquit,

quit,hic locus repletus,uocaturq; ab illo casu lacus Curtius in medio maxime Romani fori. Liuius: Eodē anno seu tio historia. motu terræ, seu qua ui alia, forū mediū fermè specu uasto collapsum in immēsam altitudinē dicitur,nec eā uoragine coniectū terræ, quum pro se quisq; gereret, expleri potuisse , priusquam deūm monitu queri coeptū, quo pluri mū populus Romanus posset,id enim illi loco dicandū uates canebāt, si remp. Ro. perpetuam esse uellent,tum M. Curtiū iuuenem bello egregiū castigasse ferunt dubitantes, an ullū magis Romanū bonum, quam arma, uirtusq; esset: silentioq; factō tēpla deorum immortalium, quae foro imminent, Capitoliumq; intuentē, & manus nūc in cœlū, nunc in patētes terraे hiatus ad eos manes porrigeātem, se deuouisse,equo deinde q̄ poterat maxime exornato insidentē armatū se in specum immisisse, donaq; ac fruges super eum à multitudine uirorū,ac mulierū congestas, lacumq; Curtiū, nō ab antiquo illo T. Tatij milite Curtio Metio, sed ab hoc appellatū. At de hac re cū triplex sit historia, hāc sequitur Val. Max. & Porcilius. Piso uero in annalibus bello Sabino,quod fuit Romulo, & Tatio, iurum fortissimū Metium Curtiū Sabinum Romulo cū suis ex superiori parte impressionē faciente,in locū palustrē, qui tū fuit in foro, antequā cloacæ essent factæ, secessisse, atq; ad suos in Capitolium illæsum peruenisse, ab eoq; lacū inuenisse nomen, memorie prodidit. Cornelius uero & Luceius eum locum esse fulguratum, & ex S.C. à Curtio Cos. septum, & ab eo lacum Curtium appellatum, apud quem Galbam interfectum, & morientem sanguine lacum ipsum infecisse ait Cor. Tac. & Sueton. Sequitur
 h 2 Cloaca

Cloaca Ma- Cloaca Maxima, de qua ita scribit Liuius: Tarquinius fo
xima. ros in circo faciendos curauit, cloacamq; Maximam rece
ptaculum omnium purgamentorū urbis sub terram agen
dam, quibus duobus operibus uix noua hæc magnificen
tia quidquam adæquare potuit. Eundem ferè sensum Pli
nij hec habent uerba: Cloacam operum omniū dictu ma
ximam suffos̄is montibus, urbe pensili, subtus nauigata fe
cit. Hæc autem ad Iouis Statoris ædem in tres ductus diui
ditur, quorum duo nūc clausi, tertius limpidissima fluens
aqua in Velabro ostenditur, deinde canali è saxis quadra
tis extracto in Tyberim, ut dictum est, dimittitur. Plures
fuisse urbis cloacas sic ostendit idem Liuius: Post incen
sam urbem à Gallis, dum instauraretur, festinatio curam
exemit uicos dirigendi, dum omisso sui, alieniq; discrimi
ne in uacuo ædificant, ea est causa ut ueteres cloacæ pri
mo per publicum ductæ, nunc priuata paſſim subeant te
cta, formaq; urbis fit occupata magis, quam diuisæ similis.
Quod si tunc difficile, difficillimum certe nunc uideri po
test, ut quis urbis regiones diuidere posset, cum locorū et
uiarum uestigia uix extent, et ea quidem perpaucā, et
incerta. Quare nos non more prisco regiones diuisimus,
uerum eo ordine, quo omnia faciliora, et magis perspi
Cloacarū cu
ratores. ca uideri possunt. Sed ad rem redeamus. Cloacarum au
tem curatores fuisse probat inscriptio in marmore apud
pontem Aurelium inuenito huiusmodi:

IMP.

IMP. CAESARIS DIVI TRAIANI PARTHICI F. DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI ET ADRIANI AVG. PON. MAXI. TRIB. POT. XXII. IMP. II. CONS. III. TIRR. RVSTICVS CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TYBERIS ET CLOACARVM.

Rursus in alio marmore:

EX AVCTORITATE IMP. CAESARIS DIVI NERVAE F. NERVAE TRAIANI AVG. GER. DACI. PONT. MAX. TRI. POT. VII. IMP. IIII. COS. V. PP. IV= LIVS FEROX CVRATOR ALVEI ET RIPARVM TYBERIS ET CLOACARVM VRBIS TERMINAVIT RIPAM. R. R. PROX. C. PPP. C XV. A. FABIO. A. F.

Cloaca inquit Pompeius, à cloacādo, id est, inquinando, uel à colando, id est, fluendo. Iuxta cloacam erat locus, qui uocabatur Doliola, à doliolis sub terra, ubi nō licebat Doliola. spuere. Vetustior autem memoria est eo in loco mystica quædam Numæ condita esse, sunt qui putant Gallorum Senonum cineres.

De Comitio, Templo Veneris Genitricis, Statuis, & simulacris, quæ in eo, & Foro Rōmano fuere, ac de Cæsar's Columna. CAP. XX.

b 3 Comitium

Comitium fori Romani partem esse superius dictum est, incipiens à porta Palatij, finiensq; apud ædem diuæ Mariæ nouæ: ita appellatum, quod foederis conditores ibi inter Tatium, et Romulum firmatæ, sanctitæq; sint, unde à coëndo comitio nomen mansit, autor Plut. Asc. ait Comitium esse locum propter Senatulum, quo coire equitibus, et populo Romano liceret. Blondus uero quo colabant Comitijs centuriatis, et litium causa, neque ibi Consules, Prætores, Aediles, Censores, et Tribunos, sed in campo Martio, fuisse delectos. Subdit deinde: Locus autem ita evanuit, ut post diruta iam pridem, quæ solo supereminebant ædificia effodiendis fundamentorum lapidibus in calcem coquendis, intra sanctorum Hadriani, et Laurentij in Miranda basilicas, uterq; fora Magnum, et Neruae transitoriu, multo sudore decimo tandem anno inspexerimus, hæc in triumphanti Roma. Ita instaurata uero inter turrim, quæ Pallara appellatur, et lacum Curtij, collisq; Palatini radices, et Faustinae monumenta fuisse commemorat, in qua quidem re sibi contradicit. Etenim attendere diligenter si uelimus, quæ supra ex Cor, Tac. de fico ruminali adducuntur, illa explosa, hanc comprobabimus sententiam. Satis enim constat fitum ruminalem, quam in comitio statuit, in palatij radicibus fuisse. consequens ergo est et ibi Comitium, de quo meminit Cic. pro Sex. Is locus diu caruit tecto: eo autem anno, quo primum Annibal in Italianam uenit, tectus fuit, ut docet Luius septimo bel. Pu. qui tamen trigesimo alter sentire uidetur, cum dicit, Comitia indicta perfici tempestates sape prohibuisse. Longo autem tempore post Cæsar

sār locum instaurauit, autore Tranquillo, & Asc. Ludi
 sāpe in eo celebrati sunt, inibiq; libri Sibyllini, P. Corne-
 lius, & M. Bebio Coſ. cremati, ut in Numæ uita scribit
 Plut. In comitio fuit Coclitis Statua, quæ cum de cœlo ta-
 sta esset, ex aruspiciis responsis in area Vulcani, loco al-
 tiori, posita est, ex qua re bene Po. Ro. succēſſit. Liuius.
 In cornibus uero eiusdem comitij fuit statua Pythagoræ,
 & Alcibiadis: in gradibus uero ad leuam Curiaæ Actij,
 Plin. autor: cuius Actij Cotem, & Nouaculam ibidē de-
 fossam, superq; impositum Puteal, ait Cic. idemq; Liuius.
 Statæ matris simulacrū in foro colebatur, postquā id col-
 lustrauit, ne lapides igne corrūperentur: qui plurimus ibi
 fiebat nocturno tēpore, magna pars populi in suos qſq;
 uicos retulerunt eius deæ cultum, ut refert Sex. Pomp. In
 foro ante Veneris Genitricis ædem, fuit Cæsaris statua
 equeſtris, & Q. Marcij ante Castoris, equeſtris & ipsa,
 ac Tremellij togata, æream M. Attio uelatam in eodē fo-
 ro posuit Tarquinius: Plinius uero Cæsaris simulacrum
 cometam in capite habēs. At hoc in loco si statuas præcla-
 ris uiris in Foro Ro. ſicut in Roſtris erectis recensere
 uellem, finem profeſto nō inueniret oratio. Illud autem
 ſatis erit admonuſſe, hoc munere dignos habitos eſſe eos
 omnes, qui, ut diximus, aliquod egregiū facinus obiijſſent
 pro rep. aut mori non dubitassent, quod probat Cic. hæc
 uerba: Ac ſi tunc P. Sextius Iudices in templo Castoris,
 animam, quam uix retinuit, edidijſſet, non dubito quin, ſi
 modo eſſet in rep. Senatus, ſi maiestas Pop. Rom. reui-
 xiſſet, aliquando statua huic ob rem p. imperfecto in foro ſta-
 tueretur. Nec uero illorum quisquam quos à maioribus

b 4 nostris

nostris morte obita positos in illo loco, atq; in rostris collocatos uidetis, esset P. Sextio præponendus. Populus autem Romanus in Cæsaris gratiâ columnam marmoream lapidis Numidie xx. pedum, cum titulo hoc,

PATRI PATRIAЕ.

In furo statuit, de qua Lactantius meminit, et idē Cic. in hæc uerba: Talis animaduersio fuit Dolabellæ cum in auctores, sceleratosq; seruos, tum in impuros, et nefarios liberos, talisq; euercio illius execratae columnæ, ut mirum mihi uideatur tam ualde reliquum tempus ab illo uno die dissensiſſe.

De Columna Mœnia, Pila Horatia. De Cæsaris, Constantini, Domitianicq; E quo, ac de Templo, & Ara eiusdē Cæsaris.

C A P . XXI.

Habuit forum Columnam Mœniam denominatam, à qua Labeo iureconsultus Mœniana deduxit, cum inquit: Inter imm̄issum et projectū hoc interesse putant, quod projectū esset id, quod ita proueheretur, ut nusquam requiesceret, qualia mœniana, et subgrunda essent. Imm̄issum, quod in aliquo loco requiesceret, ueluti tigna, trabes, que immitterentur. In que uerba cum ANTONIVS Triuultius, et SCARAMVTIA eius frater nobilissimi adulescētes, et in iuris ciuilis sciētia supra acta tem egregie docti, incidissent, rogarunt me, unde dicerent Mœniana, quibus ita responsum est: Mœnius cum domum suam uenderet Catoni, et Flacco Cenj. ut ibi basilica ædificaretur, exceperat ius sibi unius columnæ, super quam teclum proijceret, et prouolantibus tabulatis inde ipſe,

ipse, ex posteri eius spectare munus gladiatorū possent,
quod etiam eum in foro dabatur: ex illo igitur Columna
Mœnia uocitata est, hinc Mœniana. Mœniana, inquit
Sex. Pomp. à Mœnio censore, qui primus in foro ultra co-
lumnas tigna proiecit, quo ampliaretur superiora specta-
cula. De Columna meminit Asc. ex Cic. de Diui. ac pro
Sex. in hæc uerba: Venit, ut scitis, ad Colūnam Mœnianam,
tantus est ex omnibus spectaculis usq; à Capitolio, tantus
ex fori cancellis plausus excitatus, ut nunquam maior con-
sensio. Fuit enim in ea parte fori, ubi basilica Portia, de
qua infra erit mentio. In foro, inquit Diony. erat petra
angularis, super qua posita fuerant spolia Tergeminorū
Albanorū, Pila Horatia dicta, sed arma collapsa sunt ue Pila Horā
tustate. Decorauit autem forum Romanū equus Cæsarī, ita.
Ex Constantini, sicut Domitiani, Atrium Mineruæ, et tabernæ Nouæ, ac ueteres, de quibus sic loquitur Liuius: Cæsarī
Eodem tempore septem Tabernæ, quæ postea quinq; et equus.
argentariæ, quæ nunc nouæ appellantur, arsere. De his
intellexit Iuuenalis cū dixit, sed quinq; taberne. Quadra-
ginta parant. In foro magistratus imperium Romani de-
ponere consueuere, autor Herodianus. Appianus memo-
riæ prodidit cadauer Cæsarī in forum relatum, eoq; in
loco Aram, mox Templum illi erectum esse.

De foro Cæsarī, Basilica, & Bibliothe-
ca Pauli.

CAP. XXII.

Ara Cæsa-
ris.

Expositis ijs, quæ ad Forum Ro. pertinere uidebar= tur, redeamus ad templum Saturni, unde digressi su= mus de ærario locuti, uideamusq; quid post ipsum ad la= tus eiusdem fori in ortum æstiuum uergens fuerit, aut sit.

b 3 Sed

Forum Cæsar. Sed in primis de Foro Cæsar, quod (ut quorundam est opinio) fuit in eo loco, qui post Faustinæ templum ualde depresso cernitur, de quo sic loquitur Appianus: Post uictoriam contra Pompeium Cæsar Atrium templo Venereis circunduxit, quod Romanum forum esse uoluit, nō rerum quidem uenalium, sed eorum quæ ad iura conuenient. In hoc statuas pulcherrimas collocauit, inter quas locatam sibi dicari passus est. Breui quidem, ait Plin. spatio forum, sed inter urbis ornamenta perspicuum. Area supra festertium millies constituit. Pauli Basilicam Cic. in medio foro statuit. uerba ipsius ex libro quarto ad Atticum hæc sunt: Paulus in medio foro basilicam iam penè texuit, ijsdem antiquis columnis: Illam autem quam locauit, fecit magnificentissimam. Hanc Plin. inter urbis magnifica enumerat, columnis ex Phrygibus mirabilem. Papinius autem Domitianus equum describens à finistra Pauli regiam posuit his carminibus:

At laterum passus hinc Iulia templa tueruntur,
In illinc belligeri sublimis regia Pauli,
Terga pater, blandoq; uidet Concordia uultu.

Cæsar, inquit Plutar. Paulum Aemiliū collegam Caij Marcelli in consulatu mille, et quingētis talentis sibi amicum, defensoremq; paravit, ex qua mox pecunia nobilissimam ille in foro basilicam extruxit, quæ Pauli basilica dicebatur. Quam publicam cōstituisse refert Appianus. Fuit autē prope Castoris et Pollucis templū, quo in loco uidi mus effodi multa frusta earū columnarum, quibus mirabilem fuisse dicit Plin. In hac ad Ianum stabat sceneratores. unde Hor. — Hæc Ianus summus ab imo Perdocet. Et in

Sermo

Basilica
Pauli.

Sermonibus: Postquam res mea Ianum ad medium fracta est. Cic. Ita' ne? Ianus medius in L. Antonij clientela sit? quis unquā in illo Iano inuētus est? qui L. Antonio mille numum ferret expensum. Eiusdem Pauli Bibliothecam ba Bibliotheca silicæ iunctam fuisse, quibusdam autoribus, crediderim. Pauli.

Deforo Augusti, Porticu Antonini, Fausti
næ, & Liuiæ, ac de Cæsaris Domo.

C A P. XXIII.

Forum Romanū, Cæsaris, & Augusti inuicem prope fuisse innuit Papinius in syluis, cum dicit:

Nec saltem tua dicta continentem,
Quæ trino iuuenis foro tonabas.

Et Mar. his carminibus:

Causas, inquis, agam Cicerone disertius ipso,

Atq; erit in triplici par mihi nemo foro.

Augusti autem forum licet apud Marforij simulacru qui Forum Alledam ponant: nonnulli tamen post Faustinæ templum, sed gusti. prior opinio magis probatur. Breue quidem, sicut etiam Cæsaris, fuit, quia ipse princeps nō est ausus proximas domos possessoribus extorquere, erat tamē multis statuis ornatissimum. Inerat enim Castoris & Pollucis cum uictoria Alexandri Magni. Coruini & in eius casside pugnacis corui simulacrum. Apollinis eburnea, de qua Hor. Sic me seruauit Apollo. & Iuu. Iurisq; peritus Apollo. Fori autem extrœdi causa fuit hominū, & iudiciorū multitudo, quæ uidebatur, nō sufficientibus duobus, etiam tertio indigere: itaq; festinantius, necdum perfecta Martis æde, publicatum est, cautumq; ut separatim in eo publica iudicia, & sortitiones iudicium fierent, sanxitq; ut de bellis, & triumphis

triumphis hic consuleretur Senatus. Prouincias cum imperio potituri hinc deducerentur, quiq; uictores redijssent buc insignia triumphorum inferrent. Quod forum instaurauit postea Hadrianus. autor Spar. Idem Suet. docet forum ipsum duas Porticus habuisse, in quibus statuas omnium triumphali effigie dedicauit Augustus. Blon. autem in Roma triumphanti hoc forum, & Martis templum in campo Martio his restituit uerbis: Campi Martij proprium locum fuisse ostendimus, cui columnia Antonina fuit aposta, eoq; continebatur campo Augusti forum, templo Martis contiguum. Sed quum Sueton. dicit breue forum struxisse, quia non est ausus proximas domos possessoribus extorquere, & extruendi causam hominum, & iudiciorum multitudinem fuisse: satis ostendit, sicut & P. Victor, in celeberrima urbis parte stetisse: cum campus Martius exira urbem: neq; priuatorum domibus occupatus, latissimum, cuicunq; foro, praeberet campum. Quare Blon= Porticus An di opinio prorsus rei scienda. Porticus Antonini, & Faustini, & stinæ pulcherrimæ, uarijsq; marmoribus exornatae extant Faustinae. apud diui Laurentij in Miranda columnæ ingentes cum huiusmodi indice:

DIVO ANTONINO ET DIVAE FAUSTINAE, EX S. C.

Fuit autem in via Sacra, in qua via publica domo, sita ubi templum Pacis, Cæsarem habituisse scribit Sueton. quam domum Augustus à Livia nepte nimis sumptuose ornatam solo æquari iussit, in cuius area excitata est deinde Porticus Li= Porticus Luiæ. Plin. tradit Cæsarem Dictatorem totum forum, uiamq; Sacram à domo sua ad cliuum Capitoli= num,

num, in munere gladiatorio linteis operuisse. De domo
 & porticu Ouid. in fast. sic meminit:
 Disce tamen ueniens ætas ubi Liuia nunc est
 Porticus, immensæ tecta fuere domus.

At de porticu etiam primo de arte ita:
 Nec tibi uitetur, que priscis sparsa tabellis
 Porticus, autoris Liuia nomen habet..

Dion refert Neruam in Augusti foro, nunc in porticu Porticus
 Liuiae pro tribunali litigantes audiuisse. Claudiam etiam Claudia.
 porticum appellatam accepimus. Mar.

Claudia diffusas, ubi porticus explicat umbras,
 Ultima pars aulae deficientis erat.

A' Nerone autem euersam sub nomine prisco Domitia= nus restituit: cuius pars umbraculis unius uitis erat opera ta. Plin. Una, inquit, uitis Romæ in Liuiae porticibus sub diales ambulationes umbrosis operculis opacat, eademq; duodenis musti amphoris fœcunda.

De Sororio Tigillo, Vico Cyprio, & Scelerato,
 atq; M. Antonij Domo. CAP. XXIIII.

Sororum Tigillum locus erat sacer causa expiatio nis ab Horatio, ob sororem à se imperfectam, in hono rem Iunonis constitutus, quem locum prope Carinas sta tut Diony. Libro enim tertio ait locū, in quo Horatium purgarunt, in angiportu ferente à Carinis deorsum esse, ijs qui ad Cyprium pergerent angiportum, ubi aræ manerent tunc erectæ, & tigillum, duobus inter se contra rius parietibus fultum, super eas extenderetur. Quibus uerbis signat Vicum Cyprium prope cliuum, qui ad tem Vicus Cy plum diui Petri in Vinculis nunc dicit. Sequenti uero li prius.
 bero

bero Vicum Cyprium prius, deinde Sceleratū ex facinore Tulliae uocitatū tradit. Var. tamē Vicum Cypriū (sic enim apud ipsum legitur,) prope Sceleratū, non autē eundē esse ostendit, his uerbis: *Vicus Cyprus à Cypro*, quod ibi Sabini ciues additi cōsiderunt, qui à bono omīne id appellarunt, prope hunc *Vicus Sceleratus*. Miror autē qua ratione Blon. Sceleratum uicum esse uelit uiam, que nunc dicit ad Triuij fontem, cōtra Diony. opinionē, & præter historiæ fidem. Solinus enim tradit Ser. Tullium in Esquilijs supra cliuum Virbium habitauisse: quem uico Patricio supereminere probat Sex. Pom. quum dicit, *Vicum Patricium appellatū*, quod ibi iubente Ser. Tullio patricij habitauerunt, ut si quid aduersus ipsum molirentur, ex locis superioribus opprimi possent. Vnde postquam Tullia interfecto patre properās à Curia, foro q; Romano in paternam possessionem ad uicum Cyprium peruenit, auria, ut inquit Luius, dextera in Virbium cliuum carpenterum flexit, ut in collem Esquiliarum eueheretur, quo circa stultum erat per uiam Triuij, fuerat enim necesse, secundum nos, per Quirinalem, Viminalemq; collem transire: quod absurdū esse uidetur, cū breuior & expeditior esset per eum, quē diximus, cliuum, qui haud procul à Virbio erat, cui iam propinquum interfictū esse regem fugientem innuit Diony. Alia est ratio cōtra Blon. quod cōstat inter omnes uā Triuij extra urbē tunc fuisse. Haud procul à templo diui nūc Pantaleonis, olim Telluris, M. Antoniū domum habuisse testatur Appianus his uerbis: *Iis peractis decretū noctu perlectum est, Antoniū sequēti die in templo Telluris, haud longe ab ipsius domo, Senatū habiturum.*

De Bi

De Bustis Gallicis.

C A P . XXV.

BVsta Gallica, locus ubi Galli, à Camillo interfecti,
sepulti fuere. Liuius uero commemorat Gallos morbo
interemptos bustorum Gallorum nomine locum, ubi
fuere sepulti, insignem fecisse. Is autem locus fuit ubi nūc
ecclesia S. Andreæ ad busta Gallica, quæ corrupto nomi= Portugal.
ne Portugallo uocatur, abest haud multum ab Amphitheatre
tro, quod in media urbe à Tranqu. in Tib. collocatur, si= -
cut à Liuio busta Gallica, cuius sunt hæc uerba: Quum
esset satis altum Ianiculum, ubi sedens prospectaret ho=
stem, descendit in æquum, atq; illo ipso die media urbe, qua
nunc busta Gallorum sunt. Et alibi refert Flaccum porta
Capena ingressum, media urbe per Carinas, Esquilias qz
contendisse, recta ergo ad Amphiteatrum. Var. autem
contra Liuij opinionem, ut infra demonstrabitur, busta Aequimelii.
Gallica prope Aequimelium statuisse uidetur. Aequime=
lium inquit, quod æquata Melij domus publice quod re=
gnū occupare uoluit. Is locus ad busta Gallica, quod Ro
ma recuperata Gallorum ossa, qui posse derunt urbem, ibi
coaceruata, ac cōsepta. locus qui uocatur Doliola ad cloa=
cam Maximā. Si uero ita libet distinguere ut uerba hæc,
Is locus ad busta Gallica, iungantur cum subsequentibus,
optime Var. conueniet cum Liuio, cæterum ordinem et
sensum uix elicies. Quare uidendum ne aliquis error hos
autores discordes efficiat. Quidam prope Marforiū Bu=
sta Gallica fuisse perperam putarunt.

De uia Sacra, Arcu Fabiano, & Vespasiani.

C A P . XXVI.

Viam

Viam Sacram principium habuisse à Curia ueteri in angulo palatij, iuxta arcum Constantini vulgaris est opinio. Var. autem à Carinis: Carine, inquit, Cerionia, quod hinc oritur caput Sacre viae, ab Sternae Sacello. Quibus uerbis adducor in maximū dubium, ne hæc via ali quādō per hortos diuæ Mariæ Nouæ, secus templum Pacis, et forū Cæsaris rectâ ad arcem Capitolij esset producta, præsertim quod in eisdē hortis secundū eum, quem dicimus, cursum, uidimus viam ex lapide quadrato stratam. Si quis dixerit arcum Vespasiani signare nobis secundū radices Falatini montis, respondebimus, Ampliata Curia ueteri, erectisq; basilicis partem ipsius eò translata. Sacrae quidē obtinuit nomen, quod per eam augures

Cur sacra. ex arce profecti solcent inaugurate, sacraq; quotquot mensibus in arcem ferre, secundū Var. Sex. autem Pomp. Sacram ideo uocat, quod in ea sedus iustum sit inter Romulū, et Tatium. In summa huius habitauit Ancus Marcius, prope aedē Larū, de qua in urbis Roruli descriptio ne facta est mētio. Quo in loco si quis cōsyderauerit quæ dicuntur à Cor. Tacito de spatio eiusdē urbis, nō improba bit forte quæ de via Sacra diximus. Sacra in hac via Cœliæ Statuam ponit Plut. In summa uero parte fuit Mutij. In eadē fructus uenūdatos esse Ouid. de arte sic docet, Rure suburbano poteris tibi dicere missa

Illa, uel in sacra sint licet empta via.

Var. de re rustica. huiusc inquam pomarij summa Sacra Arcus Fabia uia, ubi poma ueneunt. Arcus Fabianus in hac uia stetit, iuxta regiam, à Fabio cōsore, qui devicit Allobroges extatus, ut scribit Asc. in quo sculpta fuerant eius scuta, et signa

*Signa uictoriae. In oratione pro Cn. Platio Cic. de eo hoc
habet uerba: Evidem si quando, ut fit, iactor in turba no
illum accuso, qui est in summa Sacra via, cum ego ad Fa
bianum fornicem impellor. Fuit apud Basilicam Pauli, ad
quem arcum Scribonius Libo sedē, & prætoris tribunal,
Puteal dictum, posuit, de quo Horat. meminit, cū inquit, Puteal.
Putealq; Libonis Mandabo siccis. Et Ouid. hoc carmine,
Qui puteal, Ianumq; timent, celeresq; calendaras.*

*Fœneratores enim stabant ad Ianum, & apud Fornicem
Fabianum ius dicebatur. C A T E L A N V S autem Triuul
tius Episcopus Placent. & Co. summi ingenij nobilissi
mus adolescentis, & probe doctus, qui orationem quandā,
qua Bocc. Pinum Florentinum patria eieclum cōsolatur,
felici stylo ex uulgari in Latinum conuertit sermonem,
ostendit mihi numisima argenteum eius precij, quo dena
rius, in altera parte cuius uisitetur caput Libonis cum hac
inscriptione,*

L I B O B O N E V E N I .

In altera uero tribunal cum indice,

P U T E A L S C R I B O N I .

*In eadem via Sacra stat adhuc Arcus marmoreus Vespa= Arcus Vespa
siani Imp. omnium antiquissimus nunc existentium: sed siani.
mutilatus: in quo legitur titulus talis:*

S E N A T V S P O P V L V S Q V E R O M A N V S
D I V O T I T O D I V I V E S P A S I A N I F.
V E S P A S I A N O A V G V S T O .

*Exstructus autem fuit deuictis Hierosolymis, in quo scul
ptæ sunt uictoriae cū arca soederis præcedētibus xii. fasci
i bus*

bus consularibus: ab altera fronte spectantur triumphi spolia, aureum candelabrum, septem habes ramos, in quibus erant septem Lucernæ, erraticas significantes stellas, duæq; tabellæ legis Mosaicæ. Vasa templi, mensa aurea ponderis talenti magni, de quibus plura Iosephus: Licet ipse arcus melius, quam Iosephi descriptio, nobis ea omnia declarat. Huius autem uictoriae mentio habetur etiā ex marmore in circo Maximo effosso, quæ est hæc:

S. P. Q. R.

IMP. TITO CAES. DIVI VESPASIANI
FILIO VESPASIANO AVG. PONT. MA
XIMO TR. POT. X. IMP. XVII.
XIII. P. P. PRINCIPI SVO QVI
PRAECEPTIS PATRIAEC CONSILIISQ.
ET AVSPICIIS GENTEM IVDEO
RVM DOMVIT ET VRBEM HIE
ROSOLYMA OMNIBVS ANTE SE
DVCIBVS REGIBVS GENTIBVS AVT
FRVSTRA PETITAM AVT OMNINO
INVENTATAM DELEVIT.

De Grægostasi, Curia, Basilica Opimij, &c
 Portia. CAP. XXVII.

Graegostasis locus ad dexteram Rostrorum è Comiti, ubi nationum subsisterent legati, qui ad Senatum missi essent. Var. At animaduertendum Var. de veteribus rostris intelligere. Idem prope Grægostasim Opimij Basilicam sic statuit. Senaculum supra Grægostasim, ubi edidit Concor-

Basilica
Opimij.

Concordie, et basilica opimij. Senaculum uocatum ubi Senaculum
 Senatus, aut ubi seniores consistarent, dictū reporia apud Reporia.
 Græcos. Liuius primo ab urb. cond. ait Curiam in Comitio-Curia.
 tio, sed idem quod Senaculum esse innuunt Var. uerba.
 Plin. memorie prodidit Cæsarem in curia, quam in Comitio
 consecravit, duas tabulas impressisse, cui curiae Plutar.
 iuxta forum locum fecit. Curia locus ubi publicas curas
 gerebant: duplex tamē, ubi sacerdotes res diuinias, et ubi
 Senatus huminas curabat. Curia ubi dabatur Senatus templo
 plumb erat, ut diximus. Var. in libris ad Opianicum ait,
 S. C. non posse fieri nisi in loco per augurium constitu=to,
 quod templum appellaretur, propterea et in curia ho=stilia, et in Pompeia, et post in Iulia, cum prophana ea
 loca fuissent, templa esse per augurium constituta, ut in
 ijs S. C. more maiorum iuxta fieri possent. In curia Aram
 Victoriae fuisse Herodiani hæc docent uerba: Cæteris an=te
 fores prestolantibus duo, tres ue ad summum curio=si=firos audiendi curiam ingressi sic, ut ultra Aram quo=que
 Victoriae penetrarent. Ferunt quidam huius deæ si=gnum ex auro puro in gradibus curiae fuisse. Nescio au=tem quo autore iuxta forum à Fulvio curia Calabra col=locetur, quam nos, ex Ser. opinione, in Capitolio posui=mus. Plutarch. commemorat Catonem Basilicā, ex ære pu=bllico uicinam furo sub curia à se ædificatam, Portiam ap=pellauisse. Erat, inquit, basilica quædam Portia, quam Ma Basilicā
 gnus Cato in censura ediderat, eius basilicæ trib. pl. quo=portia.
 niam in illa ius dicere consueverat columnam, quæ sellas
 eorum impedire uidebatur, de creuerant tollere. Asc. etiā
 basilicam hanc iunctam curia fuisse tradit. Palatium Ro=

muli apud eadem diuæ Mariæ Nouæ nonnulli restituunt.
Illud autem sciendum hæc omnia loca inuicem prope fu-
isse, totumq; id spatiū occupauisse, quod est à Comitio
eundo uerſus Pacis, diuæ Mariæ Nouæ templum, & hor-
tos, penè ad Esquiliarum radices : nisi quòd interiacebat
templa quædā, quibus superius à nobis sedes est assignata.

LIBER QVAR T V S.

De templo Iani, & pietatis, ac de Carcere
Pleb. Rom. C A P. I.



V A T V O R urbis partibus iam de-
scriptis, recte uidemur quintā, à dextera
Tyberim, Auentiniq; partem, à sinistra
uero rupem Tarpeiam, & Palatium,
uallemq; inter ipsos montes comprehen-
sam habentem, à Theatro Marcelli auspicati, quibuscūq;
certis sedibus, quo ad fieri poterit, locatis, aggredi. Nam
cum multa memoratu digna contineat, nisi ordine quodā
perspicuo fuerimus progreſſi, maiorem partem illorū &
locū incertū sortiri, & obscura fieri, erit neceſſe. Quare
reliquo Marcelli theatro ad eam partem, que planam ur-
bem complectitur, que ab ipso ad extremam circi partem
fuere, hodie ue sunt, singulatim percurramus. Et quia Ia-
nus omnium rerum principium habetur, ab eo incipi con-
ueniens

Veniens erit. Num an regem Iani templum circa imum Iani tēplum Argiletum, iuxta theatrum Marcelli in duobus breuissimis templis fecisse, scribit Ser. cuius portae duæ, quas legitimum erat aperire cum bellum esset: in pace uero claudi, ut apertis in armis esse ciuitatem, clausis uero pacatos cir Terci clausum: ca omnes populos significarent. Clasum esse firunt Idnum semel ab ipso, à quo conditum iterum: à T. Manlio Coſ. Tertio ab Augusto post bellum Actiacum. Orosius scribit Augustum ter Iani templum clausisse. Claudendi autem, uel aperiendi ratio, uaria fuit. Alij, ut diximus, uolunt Romulo contra Sabinos pugnare, quum eo esset ut uinceretur, calidā aquā ex eo loco, ubi templum Iani, eruſiffe, quæ exercitum Sabinorum fugauit, hincq; tractum morem, ut pugnaturi aperirent templum, quod in eo fuerat constitutum, quasi ad speciem pristini auxiliij. Alij uero quod Tatius, & Romulus factō fodere hoc templum constituerint: unde & Ianus ipſe duas facies habet, quasi ut ostendat duorum regum coitionem. Huius quidē tēpli postes is Cos. aperiebat, qui prior creatus esset. Virg. Insignis aperit stridentia limuna consul.

Cor. autem Tac. refert Cn. Duilium Iani templum edificauisse, eius sunt haec uerba: Eodem in loco à L. M. Publisis Iano templum, quod apud forum holitorium Cn. Duilius struxerat, Speciq; Aedes à Germanico sacratur, hanc Attilius uouerat eodem bello. Idem, alibi, narrat Tiburium Cæsarem Iani templum dedicauisse apud forū holitorium, uotum à Duilio bello maritimo aduersus Pœnos prospere peracto. Quod in platea nunc Montanaria stauit, diuersumq; ab illo Numæ putat Ful. Sed cū Xenon

primo Italicarum uelit Ianum omnium primum diis templa fecisse, & ritus instituisse sacrorum, ob idq; in sacrificiis prefectionē meruisse perpetuam, figurariq; cū clavi, & uirga, quasi portarum custos, & rectoriuarum, censimus Numam ei templum instituisse apud portam Carmentalem, post sacellum S. Catharinæ, nunc solo æquatū, ut sit, ad imum Argiletum, iuxta theatrum Marcelli, ut Ser. placet, & ut Liuio & Ouid. à dextera Fabijs exercitibus ad bellum, ac extra portam Carmentalem, quod ait Sex. Pomp. Si uero, ut quibusdam placet, legimus apud Var. secundum Tyberim ad Ianum forum Piscarium, de eo intelligere opinanur, quod posuit Dutilius. Dictum est enim apud priscos unum fuisse Ianum, plures uero apud posteriores, ut mirum uideri minime possit, hæc duo tēplæ prope inuicē stetisse, sicut & foræ. Vnde Ouid. inquit, Cum tot sint Iani cur stas sacratus in uno,

Hic, ubi iuncta foris templa duobus habes?

Neq; Ouidius (ut Blon. est opinio) de Boario, sed holitorio, & Piscario intelligit foro, aitq; ex multis in hoc solo sacratum, propter eius simulacrum ab Augusto ex Aegypto, ut autor est Plin. aduectum, & in eodem Iani tēplō

Pietatis tem= collocatū. Templum Pietatis in foro holitorio, apud nunc plum. ecclesiam S. Nicolai cognomento in carcere, uel certe eo ipso in loco: quod à M. Attilio Glabrone dedicatum trādit Liuius. Plin. autem locum his uerbis patefacit. Humulis in plebe, & ideo ignobilis puerpera, supplicij causa carcere inclusam matrem cum impetrasset aditum à ianito=

re, semper excussa ne quid inferret cibi, deprehēsa est ube ribus suis alens: quo miraculo matri salus donata filiæ pic tate

elite est, ambaeque perpetuis alimentis, et locus ille eidem co-
secratus est deae, C. Quintio, & M. Attilio Coſ. templo
Pietatis extructo in illius carceris sede, ubi nunc Marcelli
theatrum est. Sex. autem Pomp. non matrem, sed patrem
inclusum carcere uberibus filiam clam aluisse scribit. Et
quia Plin. ubi theatrum est Marcelli dicit, ita accipiendum,
theatrum eo usque peruenisse, ut uestigia ex saxo quadra-
to, apud eandem aedem existentia, satis ostendunt.

Hoc autem templum tactum fuit de cœlo Cos. Cotta, ut
primo de Diuin. testatur Cic. Causa quidem carceris ex-
truendi fuit, quod aucta multitudine cum indies magis, ma-
gisque flagitia crescerent, neque tot sceleris, noxijsque unus
satis esset carcer, creatis decemuiris alterum extruere de-
creuerunt, quare electo ad id opus Ap. Claudio decemui-
rūm uno, eum inter Capitolium, & Tyberim, ubi nunc
prædictam ecclesiam S. Nicolai sitam uidemus, constituit,
quem locum carcerem, siue domicilium Pl. Ro. nuncupat Carcer pl.
uit, in quo reus iudicij ipse sibi mortem consciuit, ut docet Rom.
Liuius tertio ab urb. cond.

De Foro Holitorio, Aede Iunonis Matutæ, &
Spei, Sacrario Numæ, Columna La-
ctaria, ac de Ara, & Fano Car-
mentæ. C A P. II.

Forum Holitorium extra portam Carmentalem fi-
sse, testis est Asc. in toga candida. Eum locum pla-
team Montanarium nunc esse quidam arbitratur. In quo
fuit ædes Iunonis Matutæ, quæ cessit diui Andreæ ecclæ Iunonis Ma-
tutæ cognomento in Mentuza, pro Matuta, in radice tutæ ædes,

i 4 Capi

Capitolij nunc sūc. Sed Iunonis Matutæ uota, & locatæ
à C. Cornelio Coß. Gallico bello, qui deinde Censore eam
dedicauit, autor Liuius, quarto belli Mac. Idem in eodē
furo Spei Templum uarijs exornatum marmoribus fuisse
tradit, idq; primo belli Fun.lib. fulmine iustum, & quarto
ciusdem belli Q. Fabio consulis filio, & T. Sempronio
Graccho Coß. incendio conflagrassæ. Consecrauit autem

Spes. Collatinus. Cic.de legib. Recit etiā Spes à Collatino con-
Lactaria co- secrata est. Columna Lactaria, ad quam infantes lacte alē-
lumna.

Sacrarium Numæ

Ara et Fanū est dicta. Ara autem hæc sub Capitolio ponitur à Diony-
Carmentæ. Habuit Carmenta & templum, siue, ut autor est Solinus,
Fanum apud eandem portam, ubi diximus extare ruinæ
ædicolæ diuæ Catharinæ. Nā cum uehicula, quibus S.C.
priuate erant mulieres, fuissent deinde ipsis restituta, gra-
tiam deæ referentes ei ædificarunt templum, quæ Euadri
mater fuit, Nicostrata prius appellata, & quia carmini-
bus oracula ederet, Carmenta est dicta, ob quam & cara-
mina, autor Plutarch.in probl.

De Foro Piscario, & templo Fortunæ

uirilis.

C A P . III .

SEcundum Tyberim ad Iunium Forum Piscarium uo-
cant, inquit Var. Quibus uerbis iuxta incendiū, quod
sesto belli Pu. describitur à Liuio, licet existimare fuisse
inter S. Mariæ in porticu, & Aegyptiace templa, intraq;
portam.

portam Carmentalem, quod haud longe à Boario ponitur à Valaterano, sed certe neq; prope est dicendum. In eo autem male sentire uidetur, quod Cupedinis, Pistoriū, et Holitorium iuxta ædem Vestæ esse putat. Si enim ita esset, sequeretur contra Asc. forum Holitorii intra portam Carmentalem fuisse: quod falso sum esse multis argumentis apparere potest, nisi uelit Vestam extra ipsam portam templū habuisse, sed id quoq; caret autore. Templū autem S. Mariæ Aegyptiacæ nunc dicatum, iuxta Tyberim, et eiusdem cognominis pontem, quidam Asyli, id est, Misericordiæ templum dicunt. Alij Fortune, alijs pudicitiæ, ut Fortune Vol. et Ful. Sed Fortune, Pudicitiæq; patriciæ sacras templum. edes in foro Boario fuere, ut infra demonstrabitur. Non est enim uerisimile (quod innuit Ful. quum dicit Pudicitiæ ædem esse, quam nunc dicatum S. Mariæ diximus, eamq; in foro Boario statuit) ipsum forum à Velabro, et Ianu, ubi constat esse, peruenisse ad hanc usq; ædem, in ripa Tyberis sitam, eo maxime, quod is locus est extra rectâ viam ab ipso Velabro in Auentinum, neq; conueniret cum Lazio, qui ait uirgines à foro Romano, uico Thusco, Velabroq; per Boariū forum in cliuum publicū, atq; in ædem Iunonis Reginæ (erat enim in Auentino) peruenisse. Qui bus uerbis ostendit forum Boarium fuisse prope Ianum, nunc quadrifrontem, siue quatuor portarū, uersus Auentinum, non autem Tyberim. De templo Misericordiæ nihil certi habetur, nisi quod Blon. eo in loco, ductus tantum cōiectura, quia ibi Asylus, collocauit. Sed nos dicimus esse Fortune Virilis templum, deamq; ipsam in eo ambiuu Fortune duo habuisse templa, alterum in foro Boario, alterum ue= Virilis.

i s ro prope

ro prope Tyberim. Huic enim opinioni suffragantur Diony. uerba, que sequuntur: Duobus extructis templis Fortune, altero in foro Boario, altero ad ripas Tyberis ei, quam uirilem appellauit. In hoc autem fuit ipsius Ser. Tullij lignea statua auro perfusa, que orto incendio ceteris cōcrematis sola incorrupta permāsit. autor Val. Max. De templo Vestae, Saliniis, & Cœditis Arcubus.

C A P. IIII.

AD Mariae autem Aegyptiacæ extat ædes antiquissima diu Stephano nunc dicata: cuius forma circularis est, columnæq; in circuitu dispositæ eius testudinem, quæ unica totum operit ædem, sustinent: hanc Matutæ, siue Auroræ Pomp. Lctus adiudicat: quam Liuius in foro Boario statuit. quare eadem ratione, quæ est de S. Mariae Aegyptiacæ æde, non recte sentire arbitramur, quemadmodum nec Vol. nec Ful. qui uolunt hanc ipsam Herculis esse. Romulus enim, ut supra ait Cor. Tac. à foro Boario sulcum designandi oppidi incipiens, Magnam Herculis aram, ubi postea templum habuit, complexus est. Si tempulum, ut autumat Ful. fuisset ubi nunc diui Stephani ecclesia, & Ara ad portam Tergereminam, quo modo ipsam inter mœnia comprehendens Ronulus quadratam, ut est omnium opinio, urbem posuisset? Quapropter uelim istos diligentiores esse, neq; incerta pro certis affirmare. Blon. Vestæ tēplū, autem ex Ouidij carminibus Vestæ esse nititur comprebare. Ouidij carmina hæc sunt:

Sylvia Vestalis (quid enim uictat inde moueris?)

Sacra lauatur as manæ petebat aquas.

Ventum erat ad molli decluem tramite ripam,

Ponitur

Ponitur è summa fictilis urna coma.

Fessa re sedit humi, uentosq; accepit aperto.

Pectore, turbatas restituitq; comas.

Dum sedet, umbrosæ salices, uolucresq; canore,

Fecerunt somnos, & leue murmur aquæ.

At hi uersus non probant ædem Vestæ prope Tyberim extitisse, sicuti Diony. hæc uerba: Sunt qui constructione templi Vestæ Romulo ascribant, consentaneum esse exi-
stiantes urbe condita à uiro diuinationis perito constru-
ctam esse primum Vestam cōmunem, urbis conditore, eius
præsertim Albæ nutritio, in qua uetus huius deæ, ex quo
urbs condita fuit, templū erectum erat, neq; quicquam an-
tiquius Romulo esse debuit, quām Vestam colere, qui eius
deæ simulacrum ex Ilio transtulerat. Sed de constitutione
templi, quod nunc extat, isti uidetur ignorasse. neq; enim
locū illum, in quo nūc sacer custoditur ignis, Romulus de-
dicauit deæ, cuius rei magnū argumentū est, quod is extra
eam est, quæ quadrata dicta est Roma, quā Romulus mu-
ro cinxit. Hinc apparet templū Vestæ, quod inter Capito-
lium, & Palatiū obtinuit locū, à Romulo: hoc uero à Nu-
ma excitatū. de quo Sex. Pōp. ita meminit: Rotundā ædem
Vestæ Numa rex consecrassē uidetur, quod eandem esse
terrā, qua uitæ hominū sustincretur, crediderit: eamq; pilæ
formam esse, ut sui simili templo Dea coleretur. Ouidius
autem uult anno urbis quadragesimo erectum esse, sphæri
caniq; formā, sicuti Pomp. ascribit: Et nos uidimus Albæ
ædem uetustissimā ipsius Vestæ circulari forma, in uertice
foramen lucis causā habemem. Simulacrum autem nullum
ipsam Deam habuisse, ut ignis nullam certam habet effi-
giens

giem, idem poëta testatur his uersibus:

Esse diu stultus, Vestæ simulacra putauit:

Mox didici curuo nulla subesse tholo.

Vesta unde
dicta.

Dicta enim est Vesta, quod uarijs uestitit sit rebus. Cic. de
nat. deorum: Vesta, inquit, nomen à Græcis, ea enim est,
quæ ab illis īslā dicitur. uis autē eius ad aras, & ad focos
pertinet: itaq; in ea dea, quæ est rerum custos intimarum,
omnis & precatio, & sacrificatio externa est. Prope Ve
stæ matrem deūm Cellam habuisse autor est Blon. Salinæ
fuit salis publici receptaculum in ea ripa Tyberis, quæ
nunc à prædicta æde Veste in Auentinum & ad naualia
pertinet, de quibus Liuius sic meminit: Romæ foedum in=
cendum per duas noctes, ac diem unum tenuit: solo equa
ta omnia inter Salinas, ac portam Carmentalem. Hinc con
stat hanc portam non fuisse ad radices Auentini, quemad=modum Blon. putauit. Arcus Horatij Coelitis ad primas
Auentini radices inter ipsum scilicet montem, & Tybe=rim fuere, ubi paucos ante annos eruta saxa huiusmodi in
scriptionem habebant:

P. LENTVLVS C. N. E. T. QVINTIVS
CRISPINVS VALERIANVS COSS. R. S. C.
FACI VNDVM CVRAVERE, I IDEMQ.
COMPROBAVERE.

Deforo, & Arcu Boario. CAP. V.

Expositis ijs, que in hac quinta parte à dextera secū
dum Tyberim steterint, consentaneum esse uidetur,
ut in sinistrant diuertamus, & quicquid occurrit ex=
plicemus.

plicemus. Sed quia ex fori Boarij descriptione unaqueq;
res proprium locum facilius accipiet, de ipso prius vide=
bimus. Forum igitur Boarium licet inter Romanum & Forum Boar= Tyberim à Ful. sit collocatum, tamen Liuij uerba, in rium.
ipsum per nos paulo ante adducta, clare indicant fuisse
prope Velabrum, & Ianum, inter Palatinum montem,
& scholam Græcam. Ostendit ex descripto urbis Romu li à Cor. Tac. ab æneo tauri simulacro incepta. Vnde
ex uno in plures incidere errores Ful. apparet. Boarium
ab eodem tauri Simulacro dictum quidam uolunt, quidam
uero ob taurum immolatum interfecto Caco, atq; bobus
recuperatis. Quid. priorem sequitur opinionem, eius sunt
haec carmina:

Immolat ex illis taurum tibi Iuppiter unum

Victor, & Euandrum, ruricolasq; uocat.

Constituitq; sibi, quæ maxima dicitur, aram,

Hic, ubi pars urbis de boue nomen habet.

Et alibi:

Pontibus, & magno iuncta est celeberrima circo

Area, quæ posito de boue nomen habet.

Sex. nero Pomp. quod ibi boues uenundarentur, cui ad= stipulatur Var. cum inquit, Quo quidem generatim con= ferrent forum appellatum, additumq; ab eo cognomen, ut forum Boarium. Liuius etiam primo belli Pu. innuit bo ues ibi uenundatos esse, memorans in eodem foro bouem in tertiam contignationem ascendisse. In frontispicio au= tem portæ marmoreæ, adhuc apud ecclesiam S. Georgij
existentis, insculpta haec sunt uerba:

Imp.

IMP. CAES. M. AVRELIO ANTONINO
 PIO FELICI AVG. TRIB. POT. VII. COS.
 III. P. P. PRO COS. FORTISSIMO FELI-
 CISSIMO QVE PRINCIPI, ET IVLIAE
 AVG. MATRI AVG. ET CASTORVM ET
 SENATVSET PATRIAET IMP. CAES.
 M. AVRELII ANTONINI PII FELICIS
 AVG. PARTHICI MAXIMI BRITANI-
 CI MAXIMI ARGENTARI ET NEGO-
 CIANTES BOARI HVIVS LOCI QVI
 INVEHENT DEVOTI NVMINI EORVM.

*Ibidem autem iisuntur taurorum immolations, & in-
 strumenta cum victimarijs, & sacrificolis ad sacrificia
 ipsa peragenda accinctis. In foro Boario gladiatorium mu-
 nus primum Romæ est datum. Liuius refert Fabio, &
 Marcello Coss. in eodem sanguine pluisse, pucrumq; se-
 mestrem triumphum proclamasse Val. Max. licet Liuius
 in Holitorio dicat.*

De templo Herculis Victoris, & Ara ma-
 xima. CAP. VI.

Herculis Victoris templum, p̄aeter illud, quod ad
 portam Tergeminam, iuxta Tyberim Octauium
 Herennium impetrato à magistratibus loco consecrauisse
 scribit Macrob. alterum rotundum in foro Boario poni-
 tur à Liuio, & Solino, in hæc uerba: Sacellum Herculis
 in Boario foro est, in quo argumenta, & coniuiia mai-
 statis eius remanent: nam diuinitus neque muscis illò, neq;
 canibus

canibus ingressus est. Etenim cum uiscerationem sacrifico-
lis daret Myagirum, id est, muscarū cōgregatorem deum Myagirus.
dicitur imprecatus, clauam uero in aditu reliquisse, cuius
olfactu refugerunt canes, idq; usq; nunc durat. Rome, in-
quit Plin. in ædem Herculis nec muscæ, nec canes intrant.
Hoc templum cum multis antiquitatibus dirutum tempo-
re Xysti. IIII. Pont. Max. scribit Pomp. Letus, haud pro
cul à schola Græca, ubi ænea ipsius dei statua fuit reperta,
quæ hodie, ut diximus, in ædibus Conservatorum est sita.
Eodem autem in loco, quo simulacrum effossum est mar-
mor cum hoc titulo:

DEO HERCVLI INVICTO.

C. IVL. POMPONIVS PUDENS SEVERIA
NVS V. C. PRAEF. VRB. Item:

HERCVLI INVICTO

M. CASSIUS HORTENSIVS PAVLINVS
PR. VR. XV. VIR SACRIS FACIVN
DIS DONVM DEDI.

Idem Plini. qit Euandrum statuam Herculi in foro Boario
sacravisse, quæ triūphalis Hercules dicebatur, per trium= Hercules triū-
phos enim triumphali habitu uestiebatur. Verum nō arbi= phalis.
tranur hanc esse statuā, de qua egimus: quæ enim nūc ex-
tat, in æde ipsius Herculis M. Fulvio, & Cn. Manlio
Cos. posita fuit. Aedes autē ipsa celebrata est Pacuuij poë
ta nobili pictura, in qua lectisterniū esse nō licebat, & in
sacris nec seruis, nec libertis interesse, quorū sacroruī initiuī
docet Scr. Gram. & Liuius, hanc eandem ædem Neronis
incendio.

incendio conflagrassæ testatur Cor. Tac. Tertiam Herculei ædem fuisse ibi prope putauit Ful. à Senatu monitu cæminum Sibyllinorum consecratam, Sylla dictatore eius dictionem approbante: adducitq; Ouidij hæc carmina: Altera pars circi custode sub Hercule tutæ est.

Quod deus Euboico carmine munus habet.

& reliqua.

Sed Ovidius intelligit de circo Flaminio, ut, ubi de ipso agetur, infra apparebit. Regnante autem Euandro Aram solū Hercules habuit, in foro Boario prope scholam Græcam, quam maximam à magnitudine fabricæ appellarunt. Est enim ingens sicut hodieq; uidemus, inquit Ser. de qua poëta sic meminit:

Hanc aram luco statuit, que maxima semper
Dicetur nobis, & erit que maxima semper.

Et Propertius:

Maxima quæ gregibus deuota est ara repertis,
Ara, per has inquit maximi facta manus.

Fuit autem uenerationis inter accolæ præcipue, ad quam Hercules bouum decumas obtulit, dixitq; illos uitam beatissimam uiicturos, qui sibi bonorum decumam dicauissent, quod fecit Sylla, Lucullus, M. Crassus. & decima Herculeana nuncupatur. Plau. detraxit, inquit, partem Herculeanam. Ab hac sequestrari mulieres uoluit, quæ nihil attingerent, neq; degustarent, quod supra aram immolatū esset.

De pudicitiae, Fortunæ prosperæ, Matutæ,
Fortis Fortunæ æde, ac de Vico Pu-
blico, Velabro, & Accæ Laurentiæ
Sepulchro. C A P. VII.

Ad Her

AD Hercules autem Pudicitia Patriciam Aedem, ab Aemilio conditam, habuisse, sic testatur Liuius: Cet tamē in Sacello Pudicitiae Patriciae, quae in furo Boario, est Pudicitiae. ortū. Non unā quidē, sed plures Pudicitiae sacras aedes fuisse in urbe, affirmat, quae sequuntur, Proprijs carmina: Templa Pudicitiae quid opus statuisse puellis,

Si cuius nuptiae quidlibet esse licet.

Et Sex. Pomp. hoc modo: Pudicitiae signum in furo Boario, ubi familia edissecit Herculis, cuius sacra non obibant Plebeiae. Quare in uico Longo Pudicitiae Plebeiae Sacelum à uirgine plebeia excitatum est. Fortunae Prosperae, Fort. Prospere ex Matutae aedes sacras in eodem foro constituit Seru, re Matutae. Tullius. Prospera ideo appellauit, quod in se ipso Cæca non fuisset. hinc Quid.

Cæcaq; in hoc uno non fuit illa uiro.

Eo autē in loco mel ex olea fluuisse tenet fama, aruspicesq; dixisse summa nobilitate illas sortes futuras, eoruq; iussu ex illa olea arcā factam, eaq; conditas sortes, quae Fortunae monitu pueri manu miscebātur, atq; ducebātur. Plut. in prob. scribit Ser. Tulliu omnes actus Fortunae adscripsisse, à qua subleuatus fuerat ab ancilla matre ad regnū prouectus: hincq; Fortunae Primigeniae, & Masculae Fort. Primi templū erexisse, aliud Cōuertentis, aliud Bene sperantis, geniae, Ma- aliud Fortunae Vidētis, quasi ab ea nos procul capiamur, sculæ. & negocijs, ac rebus inhæreamus. Construxit etiam For Cōuertentis, tunae Paruae templū, quasi docens homines diligenter at- Bene speran tendere debere ne ea, quae accident, quasi parua, contem tis, nerent. Liuius tertio quintae dec. prodidit Q. Marcio Videntis, & Philippo iterum, & Q. Ser. Cepione Coß. in urbe duos Paruae.

k ædituos

146 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
ædituos nuntiasse, alterū in æde Fortunæ, anguem iubatū
à cōpluribus uisum esse: alterū in æde Primigeniæ Fortu-
næ, quæ in colle erat, duo diuersa prodigia: palmā in area
enatam, & sanguine interdiu pluisse. Matutæ ædes, refe-
cta prius à Ser. Tullio, longo tēpore post à Camillo fuit
dedicata, qui bello Veientium eam uouerat. Vtriusq; au-
tem dæ festum eodem celebratur die, eodem etiā incen-
dio utraq; ædes exhausta est, eodē autore: qui alibi narrat
Caruiliū Cos. ex bello Hetrusco æris grauis tulisse in
Fortis For- ærariū trecenta nonaginta millia, de reliquo ære ædē For-
tunæ. tis Fortunæ de manubijs faciēdam locauisse, prope ædem
eiusdem dæ. Et primo quintæ dec. in æde Matris Matu-
tæ tabulam cum hoc indice positam:

T. SEMPRONII GRACCHI COS. IMPER-
RIO AVSPICIOQ. LEGIO EXERCIA-
TVSQ. P. R. SARDINIAM SVBEGIT
IN EA PROVINCIA HOSTIVM CAESA
AVT CAPTA SVPRA L. XXX. MILIA
REP. FELICISSIME GESTA ATQVE LI-
BERATIS VECTIGALIBVS RESTITVTIS
EXERCITVM SALVOM ATQVE INCO-
LVMEM PLENISSIMVM PREDA DOMVM
REPORTAVIT, ITERVM TRIUMPHANS
IN VRBEM ROMAM REDIIT CVIUS
REI ERGO HANC TABVLAM DONO
IOVI DEDIT.

A' foro

A' foro autem Boario incipiebat Vicus Publicus, in Auen. Vicus publicum ad templum Iunonis Reginæ ducens, ut idem Licus. vius supra ostendit, cum inducit uirgines ab ipso foro in cliuum ascendentis publicum, quo in loco signat ædem Velabri prope forum Boarium, ubi nunc ædes diui Geor= Velabri ædes gj cognomēto in Velabro. Auentinus olim erat ab reliquis montibus disclusus: itaque eò ex urbe qui ad uehebantur ratibus quadrantem soluebant, unde Velabrum à uehendo. Velaturam facere, inquit Var. etiam nunc dicunt Facere uelatur, qui id mercede faciunt. Prop.

At qua uelabri regio patet, ire solebat

Exiguus pulsa per uada linter aqua. Ouid.

Qua uelabra solent in circum ducere pompas,

Nil prater salices, crassaq; canna fuit.

Hic, ubi nunc forā sunt, linnres errare uideres,

Quaq; iacent ualles maxime cīce tue.

Priusquam enim Tarquinius Priscus alueum mutaret ex eruptionibus Tyberinis sinus ibi fiebat in morē lacus, ut statim ex Prop. percipiemus. Sepulchrū Accæ in Velabro Sepulchrum celeberrimo urbis loco fuisse scriptum reliquit Antias: de Accæ, quo in urbis Romuli descriptione supra facta est mentio.

De Vertumno, eiusq; templo, Iano Quadrifronte, ædibus Africani, & Basilica Sempronia, ac de Laneis Tabernis.

C A P . VIII.

V Ertumnū deum antiqui dixere, qui nō solum rebus uendendis, emendisq; sed etiam humanis mentibus præfasset, à ueritudo, quia hominū cogitationes uerteret. Vertumnus autem ipse duabus alijs ex causis se id

k 2 nomen

nomen adeptū die apud Proper. Cuius carmina, quia affir-
mant, quæ dicta sunt de sinu Tiberino, non grauabor sub-
iungere: ea enim sunt hæc:

Quid mirare meas tot in uno corpore formas,

Accipe Vertumni signa paterna dei.

Thuscus ego Thuscis orior, nec poenitet inter

Prælia uulscinos deseruisse focos.

Nec me turba iuuat, nec templo lætor eburno,

Romanum satis est posse uidere forum.

Hac quondam Tiberinus iter faciebat, & aiunt

Remorum auditos per uada pulsâ sonos.

At postquam ille suis tantum concessit alumnis,

Vertumnus uerso dico ab amne deus.

Seu quia uertentis fructum percepimus anni,

Vertumni rursus credidit esse sacrum.

Asconius signum fuisse in ultimo uico Thurario, siue,
ut ait Var. Thusco, sub basilicæ angulo plectentibus se ad
postremam dexteram partem, cumq; deum inuertenda-
rum rerum, id est mercaturæ esse uult. Fuit enim prope

Ianus qua= Ianum nunc quadrifrontem, ubi Aræ Opis, & Cereris.
drifrons. Quidam Vertumnum, & Ianum eundem tradidere. Cic.

in Verg. locum innuit his uerbis: Quis à signo Vertumni
in circum Maximum uenit? quin is unoquoque gradu de

Vertunalia. auaritia tua cōmoneretur? Vertunalia dies festus à Vere-
tumno dictus, cuius feriae octobri mense celebrabantur.

Templū Ver Sex. Pomp. refert Vertumnum templum habuisse M. Ful-
tumni. uij Flacci triumphantis pictura clarū, quod in uico Thu-
sco posuit P. Victor. si id est, quod Iani, certe aliud esse ab
hoc, quod marmoreum, quadrifronsq; extat in Velabro,
opina

opinatur: est enim penè integrum, ut ab aliquo nouissimorum imperatorum excitatum putem, non autem à Numa, ut falsò aedit Blon. cuius opinionem quisq; facillime respuet, attendere diligenter si uelit ad ea, que dicta sunt supra, ubi de eodem tractauimus templo . Huius uero testudo quatuor tantum pilis sustinetur, quatuor portarum institutum, ut diximus, ad quatuor anni temporum similitudinem , unde in singulis frontibus duodecim loculi, sive fenestræ spectantur: quæ uidentur significare ipsum diuum principium, & Ianuam esse totius anni in duodecim menses diuisi. Hinc Cic. de nat. de. Cum in omnibus, inquit, rebus uim haberent maximam prima, ex extrema, principem in sacrificando Ianum esse uoluerunt, Ianus unde quod ab eundo nomen est deductum: ex quo transitiones dictus. peruiae Iani, foresq; in liminibus profanarum ædium Ia= Ianuæ. nuæ nominantur. Aedes P. Africani, & Basilicam Sempronij ad signum Vertumni, prope nunc S. Georgij in Velabro ecclesiam fuisse, docent Liuij uerba, quæ ex libro quarto dec. quintæ sunt hæc: T. Sempronius ex ea pecunia, quæ ipsi attributa erat, aedes P. Africani ponè ueteres ad Vortumni signum, Laneasq; & tabernas coniunctas Laneæ Tabæ in publicum emut, Basilicamq; faciendam curauit, quæ Semperna. pronia appellata est.

De Argiletō, Domo Cornelij, Aequimelio, & Socardia Sacello. C A P . IX.

ARgiletus à fine uici Thusci incipiens ad Marcelli theatrum terminabatur. Fabius autem Pictor à principio uici Thusci sub Cœliolo, inter circum Maximum, & Auentinum, deduxit . Huius etymologia secundum

k 3 Var.

Argiletum Var. trahitur ab argilla, quod ibi esset id genus terrae, siue unde dictum. à fabula. Nam Euander Argum quendam hospitio suscepit, qui cum de eius cogitaret interitu, ut ipse regnaret, Euandro haec non sentiente, socij intellexerunt, qui Argum necarunt, cui Euander, & sepulchrum fecit, & locum sacrauit: de quo poëta sic ait:

Nec non & sacri monstrat nemus Argiletii.

Imus autem Argiletus ad theatrum Marcelli fuit, ut supra de Ianu locuti ostendimus. In hoc uico erant opificum Tabernae, Bibliopolarum praesertim, quas Argiletanas appellat Mar. hoc carmine:

Argiletanas mauis habitare tabernas.

Domus Cor Cornelium Domitiani patris clientem domum iuxta Venerij. labrum habuisse testatur Cor. Tac. in qua fugiens Domitianus delituit. Aequimelium sub Capitolio statuit Lilius, cum inquit: Substructionem super Aequimelium in Capitolio, & viam silice sternendam à porta Capena ad Martis ædem locauerunt. Ad quam partem Capitolij indicat libro quarto bel. Pu. inter Salinas, ac portam Carmentalem cum Aequimelio, Iugarioq; uico omnia sacra, & prophana igni absumpta esse commemorans. Et tertio eiusdem belli lupum Exquolina porta ingressum frequetissima urbis parte decucurisse in forum, Thuscocq; niro, atque Aequimelio per portam Capenam prope intactum euafisse. Hinc iudicamus Aequimelium fuisse inter Velabrum, & Capitolium, ad tabernas Laneas. Unde autem diceretur idem autor Sp. Melij regnum affectantis mortem describens, sic ostendit: Nec satis est eius sanguinem expiatum, nisi tecta, parietesq; intra quæ-

que tantum amentiae conceptum esset, dissiparentur, bonaq; contacta precijs regni mercandi publicarentur. Iubere itaque Quæstores uendere ea bona, atque in publicum redigere. Domum deinde, ut monumento area esset oppressæ nefariæ speci, dirui extemplo iussit, idq; Acquimelium appellatum est. Ostendit & Cic. pro domo sua: Sequebatur circus Maximus, sed quia Socordia, licet sc= Socordiæ sa-ro, occurrit, huic ordini, postremo loco addetur. Mur-cellum. tie igitur Socordiæ deæ Sacellum sub Auentino stabat, ad cliuum publicum, quo ascenditur ad ædem S. Priscae: unde Auentinus Murtius aliquando est denominatus. De Murtius. hoc uero Sacello Liuius sic meminit: Tum quoq; multis nullibus latinorum in ciuitatem acceptis, quibus, ut iunge= retur Palatio Auentinum, ad Murtiæ date sedes. Qui=dam autem in hoc ambitu Asylum ponunt: at supra ostendimus in Capitolio fuisse, idq; etiā Strabo affirmat. Cor. Tac. ad radices saxi Carmentalis statuere uidetur. Sed di= cendum in Capitolio à principio institutum: multis uero templis in eo iam excitatis, aliò translatum. Non enim ue= risimile creditur in domicilium deorum, ubi omnes diui= tias, ubi spem salutis urbis, ubi infinita auri, & argenti si= mulacra collocassent, ubi frequens Senatus de rebus pub. deliberaret, latrones, & infames configere, s. p. Q. R. permisisse.

Circus quid, unde dictus, & cuius rei causa in= stitutus. C A P. x.

Tocuturi de Circis, & in primis de eo, qui primis institutus, Maximus est appellatus, cōsentaneum esse uidetur, de ijs quædam præfari, non minorem utilitatem k + allatura,

allatura, quām ipsorum locorum, et sedis cognitio posse
 Circus. afferre. Circus igitur olim locus, ubi ludicra celebrabantur certamina, forma oblonga, ad instar arcus, in circuitu habens gradus spectatoribus sedem commodissimam præbentes, ita ut alter alterius prospectum non impediatur. In medio campi due metæ pari interuallo stabant, de quibus Suet. ita meminit: Nam quo laxius dimicatur sublatæ metæ, inq; earum locum bina castra exaduerso constituta erant. Idem in Claudio: Circo uero Maximo marmoreis carceribus, auratisq; metis, quæ utraq; tophina et lignea fuerant, exculto. Quo enim anno Pri

Carceres un

de dicti. uernum Romani obsidebant Carceres, qui in prima parte circi erant, primum ædificatos ferunt, dicti quod ijs coercerentur equi, ne inde exirent, quām magistratus signum misisset. Dicebatur autem circus secundum Var.

Circus unde: quod circum spectaculis ædificatis ibi ludi fierent, et quod ibi circum metas ferretur pompa, et equi curre-

Ludi quid.

rent. Ludorum uero celebrationes deorum festa erant, siquidem ob natales eorum, uel templorum nouorum dedicationes sunt constituti, et primitus quidem uenationes, quæ uocantur munera, Saturno attributæ: Ludi sce-

Circenses Iunici, Libero: Circenses, Neptuno: et alij alijs dijs, uarijs ue ex causis, sicuti Sisinius in libris spectaculorum memoriae prodidit. Circenses, etiam in honorem Cereris celebratos esse, probant Cor. Tac. hæc uerba: Tandem statuta circensium ludorum die, qui Cereri celebatur. et Ouid. sic,

Circus erit pompa celeber, numeroq; deorum,
 Primaq; uentosis palma petetur equis.

Hinc

Hinc Cereris ludi, non est opus indice cause,

Sponte deæ munus, promeritumq; patet.

Circenses dicti sunt quod in ripa fluminis agitantur in altero latere positis ensibus. Sed ad circi Maximi descriptionem aggrediamur.

De Circo Maximo. CAP. XI.

Circum autem Maximum Tarquinium Priscum instituisse commemorat Liuius, & Diony. in hæc uerba: Extruxit Circum Max. Tarquinius, qui est inter Auentinum, & Palatinum, circa eum primus faciens sedilia cooperta. primum enim spectabant stantes sub tabernaculis ligneis, harundinibus aridis fultis. Longitudo circi est trium stadiorum cum dimidio: latitudo quatuor iugerum. Circum uero secundum maiora latera, & secundum unum minorum stagnum in susceptionem aquarum defossum est, altum, latumq; pedes denos, postq; stagnum ædificatae sunt porticus, tectura triplici, harum autem pavimenta habent, ut in theatris, parum superstantia lapidea sedilia, in superioribusq; lignea. Conducuntur autem in unum, & coniunguntur iniucem maiores, & minores ad figuram lunarent, ita ut fiat porticus una circularis ex tribus, quæ ab uno simul omnes uerbere recluduntur, octo stadiorum, capax hominum centum, & quinquaginta millium: reliquum autem minorum laterum apricum, atque habet apertum in modum forficum, equoru[m] emissores, quæ per unum simul omnes sumulum recluduntur. Est autem circa eundem circu[m] extrinsecus alia porticus unius tecturæ officinas in se habens, & habitationes super eas, per quam sunt ingressus, &

k 5. ascen

ascensus uenientibus ad spectaculum, iuxta quang; offici= nam, ita uti nihil turbet tot nullia ingredientium, & abe= cuntium. Non credimus autem in eam amplitudinem, & magnificentiam, quam describit Diony. Tarquinum cir= cum posuisse: legimus enim apud Plinium extructum à Cæ= sare longitudine stadiorum trium, latitudine uero unius cum ædificijs. Exornauit deinceps Augustus. Claudius, ut diximus, carceres marmoreos fecit, metasq; deaurauit. Collapsum uero ampliore, elegantioremq; restituisse Tra= ianum scribit Diony. Mox Heliogabalus columnis pul=

Chrysocola cherrimis, auroq; illustrauit, cuius pavimentum ex chry= socola fecit. Est enim Chrysocola materies nascens post aurum effossum, auri quidem colorem retinens, cum sit lapis. Suet.in Calig.de Chrysocola sic meminit: Et quos= dam precipuos minio, & Chrysocola constrato circo. Circo quidem Maximo pavimentum ideo fuerat posi= tum, quo, post naumachiam, emissa in Tiberi aqua (ad= buc enim subterranei ductus, ab ipso circo ad Tyberim uidentur) nullo coeno impediente, reliqua celebrarentur certamina: quod pavimentum etiam nunc extat multa co= opertum tellure. De Circi autem pulchritudine Nazar= ius in pan.refert talia: Circo ipsi Maximo sublimes pera= ticus, & rutilantes columnæ tantum in usitati ornatus dederunt, ut illò non minus cupide conueniatur loci gra= tia, quam spectandi uoluptate. Partem uero huius Auena= tino contiguā Tiberij tempore deuastam esse testatur Cor. Tac. Annius Viterb. Maximi obtinuisse nomen putat, quia maximo deorum Vertumno sacratus esset. Alij à lu= dorum sumptuositate, & excellentia: alijs ab amplitudi= ne, quod

ne, quod longe maior esset, quam circus Flaminius, & Intimus. Plin. enim, ut dixi, facit longitudinem trium stadiorum, latitudinem uero unius. Capiebat ducenta, & sexaginta nullia hominum sedentium. Quod autem Dionys. dicit centum quinquaginta, intelligendum a principio hunc numerum, ampliatum uero illum coepisse. Quinimo existimo Maximi cognomentum inditum longo tempore post Tarquinium, quod innuit Liuius, cum dicit, qui nunc Maximus dicitur: nunc, quasi olim hoc epitheto careret.

De templis, & Aris, quae in Circo Max. uel apud fuisse leguntur. C A P . XII.

Consus consiliorū deus in circo Max. Templum habuit, sub tecto, ut ostenderetur teclum debere consilium esse. Ideò autē dicato Consi simulacro rapuerunt Sabinas, ut tegeretur initum de raptu consilium. Iste Consus. Consus & eques Neptunus dicitur, unde & in eius honorem Neptunus circenses celebrabantur. Plut. uero ait Romulum cuius=eques. dam dei Aram conditam sub terra in circo inuenisse, eiq; deo indidisse nomen Conso, siue a consilio, quod cōsilia=rius foret, siue Neptuni equestris: aramq; ipsam reliquum tempus latere, in equestribus uero certaminibus aperiri. Dionys. libro tertio prodidit, Arcades Neptuno equestri Templum, solennemq; diem cōstituisse. Aram uero postea Genio cuidam arcano occultorum consiliorum duci, atq; Genius. custodi constructam, quibus uerbis innuit Consum aram tantum, Neptunum uero templum habuisse, neq; eundem esse Neptunum, qui Consus: cui adstipulari uidentur Var. uerba, quae sunt: Consualia dicta a Conso, quod tum feriae

feriae publicae ei deo, & in circo Maximo ad aram eius ab
sacerdotibus sunt ludi illi, quibus Sabinæ sunt raptæ. Præ-
terea anno M. D. XXVI. repertum est sacellum in ipso
circo, post diuæ Anastasie templum, in radicibus montis
palatini, ipsius circi fundamentis inclusum, uarijs conchis
marinis, uarijsq; lapillis inuicem consertis pulcherrime
exornatum: sub maioribus conchis latebat rubra pictura,
nullam tamen uidebas imaginem, præter aquilæ effigiem,
colore candidam, cæterum cristam rubram habentem, in
testudine templi ex huiusc lapillis, & conchis fabrefac-
tum: quo in loco Deum patrem nunc ponere solemus:
hoc templum Neptuni fuisse constans erat omnium opi-
nio. quod cum longe esset remotum ab ea parte circi, ubi
Cor. Tac. in descriptione urbis Romuli aram Consi col-
locauit, non possum non probare quod Diony. uidetur
suelle, uidelicet, templum Neptuno, aram uero Consu-
isse sacram. Quanquam Luius Consualia Neptuno attri-
buit, & Sex. Pom. admonet Consuales celebrari mulis so-
litos esse in circo Maximo, quia id genus quadrupedum
primo putaretur currui, uehiculoq; adiunctu. Habuit Cir-
cus etiam tres Aras sacras, unam Magnis diis, alteram
diis Penatibus, tertiam diis Coeli, & Terræ, à quibus
omnia oriuntur. Hos Romani Genios, & Penates, ur-
bisq; præfides, & custodes uocant. Liberi, Liberæq;, atq;
Cereris templo iuxta circum Maximum sedem Cor.
Ta. sic fecit: Iisdem temporibus dum ædes uetus state, aut
igni abolitas, ceptasq; ab Augusto dedicavit, Libero,
Liberæq;, etiam Cereri iuxta circum Maximum. Tra-
dunt alij Cassium Cos. ædem Cereris, & Liberi, Proser-
pinæq;.

pinæq; que erat supra Circi terminos , ultra ipsas mis= siones, dedicauisse: cum uouisset dijs eam reprobationem pro urbe Posthumius aduersus Latinos pugnaturus . At de Veneris talia habet Liuius: Q. Fabius Gurges Cos. filius aliquot matronas ad populum stupri dannatas pecunia multauit, ex quo multatitio ære Veneris ædem, que prope circū est, faciendam curauit. Et in bello Mac. scribit in eodem ædem Iuuentutis à Lucinio duumuiro dicata. Ouidius uero Mercurij templū circum Maximū spe etauisse. Solis autē, & Floræ eodem in loco, quo Cereris locauit Cor. Tac. Verum Solis Tatium regem alteram ædem prius dedicauisse testis est Var. Plinius narrat si mulacrum Fortunæ Seiæ suo tempore in circo fuisse.

De Naumachia Circi Max. C A P . X I I I .

Naumachia locus ita appellatus, ὅπου ἀθότι τρίσταῦν id est, quod ibi nauibus certarent. Nam loca instar lacunarum fodientes nualis pugnæ simulacra ibi committebant, ad exercendam iuuentutem Romanam, que disceret & in aquis aduersus hostes pugnare. Huic modi ludicra certamina non solum in circis, uerum etiā in amphitheatris commissa esse testatur Suet. Vestigia autem illius, quam diximus, comprehensam inter circum Maximum, & Auentinum, ad radices eiusdem montis adhuc apparent. Est enim locus ibi depresso hortis, perpetuis aquis, irriguis.

De Obeliscis duobus Circi Maximi.

C A P . X I I I I .

Dicturi de circi Maximi Obeliscis, & deinceps de alijs, prout in singulis urbis partibus occurrerint,
absurdum

absurdum nequaquam iudicamus, quædam de ipsis à Marcellino tradita, præmittere, quæ quid sit obeliscus, et cu*s* ius rei causa inuentus, declarant: eius uerba sunt hæc: In hac autem urbe inter labra ingentia diuersasq; moles fragmenta Aegyptiorum numinum exprimentes Obeliscos uidemus plures, aliosq; iacentes, et cōminutos, quos antiqui reges bello domitis gentibus, aut prosperitatibus summarum rerum elati montium uenis, uel apud extre^mos orbis incolas perscrutantes excisos, erectos diis superius in religione dicarūt. Sequitur quid sit: Est, inquit, obeliscus asperissimus lapis in figurā metæ cuiusdā sensim ad proceritatem consurgens excelsam, utq; radium imitantur graciliscens paulatim, specie quadrata, in uerticem productus angustum, manu levigatus artifici. In plerisque

Obeliscus quid. Hieroglyphi uisuntur literæ hieroglyphicæ insculptæ: de quibus mentionem sic facit: Formarum autem innumeras notas hieroglyphicas appellatas, quas ei undiq; uidemus incisas, initialis sapientiae uetus insigniuit autoritas. Volucrum enim ferarumq; etiam aliena mundi genera multa sculptentes ad cui quoq; sequentes etates imperatorum uulgatus peruenire memoria promissa, uel soluta regum uota monstrabant. Non enim, ut nunc, literarum numerus præstitutus, et facilis exprimit quidquid humana mens concipere potest: ita prisci quoq; scriptitarunt Aegyptij. Sed singulæ literæ singulis nominibus seruiebāt, et uerbis non nunquam significabant integros sensus, cuius rei scientia in his interim duohus habet exemplum. Per uulturem naturæ uocabulum pandunt, quia nullos mares posse inter has alites inueniri rationes memorat physicæ: perq;

perq; speciem apis mella conficientis indicant regi mode= ratori cum iocunditate aculeos quoq; innasci debere : his signis ostendentes et similia plura. De huiusmodi literis meminuit et Cor. Tac. Obeliscos ex lapide Similis esse tradit Pli. hoc modo: Trabes ex similis fecere reges quon= dam certamine, obeliscos uocantes, Solis numini consecra= tos, radiorum eius argumentum in effigie est, et ita signifi= ficatur nomine Aegypti. Primus omnium rex Methres obeliscum instituit. Obeliscos autem, qui Romae, nulla ci= uiu opera, aut cura excisis constat, sed Thebis, ex Aegy= ptaciis ue urbibus perductos, ut idem Plin. et Marcelli= nus testantur. In circo Maximo duorum alter octoginta octo erat pedum, alter uero iacens adhuc in naumachia, obrutus tellure, ceterum triginta et dodrantis, preter ba= sim, quem Augustus ex Hicropoli Aegyptiorum urbe traxer= lit, nunc est in duas partes fractus, quod quidem accidit cum ipse princeps erigere uellet. Excisus a rege Semnesteo, quo regnante Pythagoras in Aegypto fuit.

De Fornice Sertini in Circo, Loco Tuberonum, Lupanaribus, Pompej domo, & Iuturnae Fonte.

C A P . x v .

Decoratus autem circus Max. erat Fornice a Sertiniio excitato, ut refert Liuius his uerbis: Sertinius ex ul= teriore Hispania, ne tentata quidem triumphi spe, quin= quadriginta millia pondo argenti in ariu tulit, et de ma= nubibus duos fornices in foro Boario ante Fortunae aedem, et Matris Matutae, unum in Maximo circo fecit: et his forniciibus signa aurata imposuit. Heliorum familia fuit haud diues, eodem autem tempore fuere sexdecim in unis aedibus

Tuberones. ædibus Tuberones, quibus, ut ludos spectarent, in circœ Max. & Flaminio locus ob uirtutem publice est do= natus: autor Valer. Max. Apud circum Lupanaria, ubi meretriculae corporis questum faciebant, unde Iuuenal. - Et ad circum iussas prostrare puellas. Fuere etiam no= stro tempore inter Ianum quadrifrontem, Tyberim, & scholam græcam, penè ad ipsum circum producta, à pro= stitutis mulieribus occupata; cæterum quatuor ab hinc annis solo æquatis ædificijs remansit area ruinis oppres= sa. Sunt qui in circœ fuisse columnam bellicam tradunt, propter Quid. quæ sequuntur, carmina,
Prospicit à tergo summum breuis area circum,
 Est ibi non paruae parua columna notæ:
Hinc solet hastam manu belli prænuntia mitti,
 In regem, & gentem cum placet arma capi.
Nos uero dicimus Quid. de Flaminio, non autem de circœ Max. intellexisse, ut infra, ubi de circœ Flaminio agi=
Domus Pom tur, apparet. Pompeij domus apud circum, de qua Plin.
 peij. sic meminit: Hercules apud circum Maximum in æde
 Iuturnæ Pompeij Magni, Iuturnæ aquæ Fonte in Velabro adhuc
 fons. scaturire putat Ful. & olim fecisse lacum in foro Romano
 iuxta templum Vestæ, aquamq; ipsam saluberrimam habi= tam. Sed, ut declarauimus, antiqua est cloaca, uel aquædu= ctus, ut fornices ex saxo quadrato, in Tyberim usq; pro= ducli, clare ostendunt.
De Septizonio Seueri. C A P . X V I .
SEquitur in sexta parte situs urbis tertio ordine mon= tium Cœlius, quem tertium additū urbisuprà demon= stratum est, sed priusquam hunc ascēdamus, pauca que= dam di

dam dicenda occurunt de Seueri Septizonio, et Constantini arcu, inter ipsum Cœlum, et Palatinum montem excitatis. Prius autem quid sit Septzonium ut videamus, Septzonium illud nos admonet, quod annis ab hinc quatuor, dum Rho quid. dubium natalem mihi patriam proficisceret, essentq; uerba de reliquijs urbis cum comitibus, et conterraneis meis IAC. Bubino, et IAC. Scaramutia uiris, literatis et probis: alter rogauit, quid esset, et an aliquod Romæ extaret Septzonium, cui memini me his uerbis respondere: Est Septzonium magna quædam moles quadrata, que septem cingulis, id est, columnarum ordinibus inuicem superimpositis in modum quatuor porticum, ambitur: ita ut columnæ quanto altiores, eò minores, breuioresq; disponantur: in cuius medio quatuor parietes loculos quosdam facientes surgunt, in summo regum, uel imperatorum condebantur cineres. Duo autem Romæ fuisse inueniuntur, antiquioris meminit Plin. et Suet. qui ait Titum apud Septzonium cubiculo paruo, et obscuro natum quarto Cal. Ianuarij. Manet, inquit, adhuc, et ostenditur locus, ubi autem dubitatur: constat tamen in via Noua, haud procul à Seueri fuisse Septzonio. Seueri autem adhuc supersunt è regione templi S. Gregorij tres operis ambitionis ueluti Zonæ, columnarum pulchritudine, magnificentia, altitudine spectabiles, ex quibus connectuntur, uix credibilis reliqua altitudo fastigium ad culmen aestimantibus, si moles integra cum totis septem zones supererisset. Quod autem sit illud antiquum instauratum à Seuero, ut autumat Ful. Stultum est credere, cum Seuerus multis annis post Titum imperauerit, et

I Spartia

Spartianus Septizonium Seueri in via Appia, et à Seuero extuctum constituat. Funus, inquit, Getæ illatum est maiorum sepulchro, hoc est Seueri, quod est in Appia via, euntibus ad portam dexteram, specie septizonij extructum, quod sibi ille uiuus ornauerat. Idem: Quum septizonium ficeret, nihil cogitauit, quām ut ex Africa uenientibus suum corpus occurreret. Duplex autem, præter illam quam diximus, traditur etymologia. Iulius enim Capitolinus Septodium legit: scimus enim Græcos locum ciuibus frequentatum, ad quem multæ perducantur viæ, Septodium appellare, nam ἡπτα septem ὄδοις viæ, quasi se Septisolum. ptem concurrerent viæ. Plin. Septisolum uocat, à septem solarijs, in singulis enim ordinibus columnæ marmoreis eribus superius inuicem iungebantur, alijs uero trabibus cum mole ipsa in interiori parte excitata: et ita singuli ordines unam faciebant porticum, siue solarium. In his Septizonij frontispicio literæ huiusmodi leguntur:

C. TRIB. P. O. T. VI.

C. O. S. FORTVNATISSIMVS NOBILISSIMVS SQVE.

Moles enim quæ supereft, ita est inclinata, ut iamiam lapsura uideatur.

De Arcu triumphali Constantini Imp.

C A P . X V I I .

Arcus autem Triumphales in honorem illorum erigebantur, qui prouincijs, aut exteris nationibus debellatis, rebus Po. Ro. feliciter gestis, triumphum meriti essent, à quo triumphales denominantur: in quibus sinu lacra

lacra oppidorum, fluuiorum, nauium illorum, quos decu-
cerant, in rei perpetuam memoriam, incidebant, quemad-
modum in his, qui adhuc stant, cernere licet. Sed arcus
triumphales ante Imperatorum tempora excitauit nemo,
ut quorundam est opinio: neq; antiquorem, quam Titi,
arcum in urbe uidemus. Plin. hunc morem suo tempore ce-
pisse narrat: prius enim triumphales statuas, uel trophya
ponere solebant. Romæ triumphales arcus plures, ex his
uero, qui hodie, Constantini ad angulum moutis Palatini,
iuxta Amphitheatrum, triumphalibus ornamentis conspi-
cuum, cumq; trophyis, & uictorijs allatis, parum lesum
confpicimus: superato Mezentio apud Milium potem,
a Constantino ipso positum, cum hoc indice:

IMP. CAES. FL. CONSTANTINO MAXI-
MO P. F. AVGVSTO S. P. Q. R. QVOD
INSTINCTV DIVINITATIS MENTIS
MAGNITVDINE CVM EXERCITV SVO
TAM DE TYRANNO, QVAM DE O M-
NI FACTIONE VNO TEMPORE I V=
STIS REPVBLICAM VLTVS EST AR-
MIS ARCVM TRIVMPHIS INSIGNE M
DICAVIT.

In maiori autem fornice, parteq; interiori à dextris, &
finistris legitur, hinc:

LIBERATORI VRBIS: illinc FVNDA-
TORI QVIETIS. Superius extra sic: VO=

l 2 TIS

T I S X. V O T I S XX. que uota in maximis secerat periculis constitutus, quemadmodum apparet in quibusdam numismatibus, qui sunt apud nos.

De Cœlio monte, & Cœliolo. C A P. XVIII.

Querquetulanus.

Cœlium montem Querquetulanum prius appellatum scribit Cor. Tac. quod talis sylue frequens, foecundusq; esset, mox Cœlium à Cœle Vibenna, qui dux gentis Hetruscæ fuit, sedemq; in eo acceperat à Tarquino Prisco, seu quis alius regum dedit, nam scriptores in eo dissentunt. Recte ait dissentunt. Sex enim Pomp. refert Cœlen Romulo auxilium præbuisse aduersus Sabinos. M. autem Var. contra Latinum regem: hinc post Cœli obitum, quod nimis munita loca tenerent, neq; sine suspitione essent, deductos in planum, et ab eis uicum Thuscum appellatum, et ideo ibi Vertumnus stare, quod is deus Hetruriæ princeps. De Cœlianis, qui à suspitione liberi essent, traductos uolunt in eum locum, qui uocatur Cœliolus, id est minor Cœlius, de quo Mart. ita meminit:

Maior Cœlius, et minor fatigat. Cœliolus, siue Cœlico-lus, is est, ut diximus, ubi nunc diui Euangelistæ ædes, olim Diana, uirgo enim virginis cessit. In hoc autem nihil aliud memoria dignum fuisse inueni, præter ipsam ædem Diana, quemadmodum de rep. arusp. testatur Cic. Quare ad Cœlium reuertamur. Quem Tiberius, appellatione mutata, uocari Augustum iussit. autor Suet.

De Fauni, Veneris, & Cupidinis templo, Curia Hostilia, Castris peregrinis, Domo Lateranorum, De Constantini, & Sesoriani Palatio, ac de Equo L. Veri. C A P. XIX.

In medio

IN medio igitur Cœlij montis dorso extat templum
 circulari forma, nunc diuo Stephano, olim uero Fau=
 no dicatum. Faunus enim dictus ἀπὸ τῆς φωνῆς quod uo= Faunus.
 ce, non signis, futura ostenderet. Ex peregrinus autem
 diis quodam tempore hunc solum Romani coluere. Man
 siones Albanæ ubi S. Mariæ in Dominicæ ædes, Veneris, Veneris, &
 & Cupidinis templum haud procul à porta Nævia stæ Cupidinis
 tuit P. Vic. siue Sex. Ruffus, eo in loco, ubi nunc ecclesia templum.
 S. Crucis in Hierusalem fuisse, accepimus: Curiamq; Ho= Curia Hosti
 stiliam duobus in locis, unam, ut diximus, iuxta forum, in lia.
 qua Hostilius rex prius habitauit, prope Pacis templum,
 alteram in Cœlio monte, ubi nunc diui Ioannis, & Pau=
 li ædes. Liuius: Tullus rex in Cœlio monte templum, or=
 dini ab se aucto, curiam fecit, quaæ Hostilia usq; ad patrum
 nostrorum ætatem appellata est, & quo frequentius ha=
 bitaretur, eandem sedem regia cepit. Castra Peregrina Castra pere= Augustus in Cœlio constituit, in ea parte, quæ ad orium grina.
 æstuum, Esquiliasq; pertinet, quo in loco nunc ædes San= etorū quatuor coronatorum est sita. Domus Laterano= Domus
 rum ubi basilica eiusdem nominis, de qua Iulius Capitoli= ranor Late
 nus ita meminit: Educatus est (de M. Antonio enim loqui
 tur) in eo loco, in quo natus est, in domo cui sui, iuxta æ= des Laterani. & Iuuenalis ita:
 Clausit & egregias Lateranorum obſidet ædes
 Tota cohors.
 Flavi Constantini Palatium prope hanc domum inter Constantini
 Cœlimontanam, & Gabiusam portam sedem habuit. Se= Palatium.
 foriani uero apud Næuiam inter ipsam portam, & ec= Sesoriani.
 clesiam S. Crucis in Hierusalem. In platea Lateranensi.

l 3 stat

L. Veri sta= stat ærea equestris statua, quam M. Aurelij Antonini esse
 tua. multi putant, aliqui tamen L. Veri non desunt etiam, qui
 Septimij Seueri. Herodianus enim literis tradidit post
 adeptum imperium ex somnio, quod uiderat, statuam si-
 bi posuisse.

De Amphitheatro Statilij Tauri.

C A P. XX.

Sequitur Statilij Tauri Amphitheatum. Sed prius= Theatrū & squam de ipso agamus, pauca quædam prelibanda sunt, ut quid sit amphitheatum, & cuius rei gratia ex= Amphithea= trueretur, intelligamus. Theatrum igitur à Græca tra= trum quid. hitur etymologia, dicitur enim ἡπὸ τοῦ θεῶν quod est specto, & habet hemicycliformam. Amphitheatum au= tem oualem, appellatum ἡπὸ τοῦ ἀμφὶ καὶ θεῶν quod est circum specto, quasi in unum iuncta duo uisoria. Cas= sio. Titum omnium primum amphitheatum inuenisse putauit, eius sunt hæc uerba: Hoc Titi potenter principis diuitiarum profuso flumine excogitauit ædificium fieri, & cum Theatrum hemisphærium Græce dicatur, amphi= theatum, quasi in unum iuncta duo uisoria, recte constat esse nominatum, quod speciem eius arena concludat, & ut currentibus aptum daretur spatiū, & spectantes omnia facilius uiderent, dum quædam prolixa rotundi= tas uniuersa collegerat. At prius C. Cæsarem amphithea= tri molem in campo Martio posuisse, testis est Cor. Tac. quam ab illo destinatam Augustus mox Mausoleum ædi= ficatus destruxit, autor Suet. qui etiam in Cæsar's ui= ta commemorat Statilium Taurum prius Tito amphithea= tum posuisse, alterumq; deinde à Tiberio inchoatum, sed

sed non perfectum. In amphitheatro autem multi s̄pe p̄mij, quod publice dabatur, cum bestijs pugnabant, capi= Pugna cum te etiam damnati, & bello capti hoc m̄scrimo certam= bestijs. ne capitis discriminē subire cogebantur. Claudioz enim Imp. pacatis Aegyptijs, quum militum non parua ma= nus rebellasset, partem illorum occidit, partem Romam misit cum bestijs pugnaturos. Vnde, inquit Iulius Capi= tolinus, tractum sit ut proficisci entes ad bellum Imperato= Gladiatorū res munus gladiatorum, & ue[n]tus darent, breui dicen= munus. dum est. Multi apud ueteres dicunt hanc deuotionem fa= ctam contra hostes, ut non sanguine litato specie pugna= rum seuerioris uim quandam fortunæ satiarent. Ituros au= tem ad bellum Romanos debuisse pugnas uidere, & uul= nera, & ferrum, & nudas inter se cohortes, ne in bello armatos hostes tinerent, ne'ue propter uulnera, aut san= guinem horrerent. Eius autem saeuissimi instituti causa= consueuerunt ituri ad bella exhibere in spectaculis multa gladiatorum paria, & quò quisq; ditior erat, eò plura. De partibus autem Amphitheatri vide Vitruvium. Stati= lij Tauri Amphitheatum magnam partem adhuc extare cernimus apud ecclesiam S. Crucis in Hierusalem, prope urbis moenia, quod extruxit Augusto ciues Romanos hortante, ut quisq; pro uiribus urbem exornare nitere= tur, autor Suet. Qui in Caligula narrat ipsum principem munera gladiatoria partim in hoc amphitheatro, partim in septis aliquot egisse.

Aquæductus cur inuenti, quibus modis aquæ deducerentur, cui usui, quis primus dedu= xit, & quot aquæ deductæ. C A P . X X I .

Aqua.

Quoniam de ductu aquæ Claudiæ locus postulat ut loquamur, crebraq; in sequentibus de aquæ ductibus erit mentio, placet quædam de ijs præmittere: quo causam aquas deducendi, quibus modis, cui'ue usui, et à quo primum, et quot diuersis temporibus in urbem ductæ sint, intelligamus. Urbe enim et ambitu, et hominum numero aucta, paulatim à fluvio hunc, atq; illum locum appetendo, magna ciuium pars recessit, quæ cum longo interuallo aquam petere cogeretur, maximumq; sentiret in commodū, cogitauerunt prisci uelle huic in opia subuenire: hinc deducendi aquas origo. Aqua enim ex omnibus elementis mortalibus maxime est necessaria. quare Pin darus ait, ipsam optimam esse, et ut aurum inter metalla, ceteris præstare elementis. Ad hæc urbis salubritati maxime contulisse, sic testatur Frontinus: Sentit hanc curam imperatoris piissimi Neruæ principis sui. Roma regina orbis, et terrarum domina, cui par est nihil, et nihil secundum, et magis sentit salubritas eiusdem æternae urbis aucto castellarum operum munerum, et lacuum numero, nec minus ad priuatos cōmodum ex incremento beneficiorum eius diffunditur: nam immunditiarū facies, et impurior spiritus grauioris coeli, quibus apud ueteres urbis infamis aer fuit, sunt remoti. Duobus autem modis ductas esse, arcuato uidelicet opere, et subterraneis cuniculis, idcm ita declarat: Hi sunt arcus altissimi, subleuati, in quibusdam locis pedes centum nouem, tot aquarū, tam multis necessarijs molibus pyramides uidelicet ociosas comparem, aut cetera inertia, sed fama celebrata Graecorum: Per subterraneos uero meatus probat Strabo, hoc

hoc modo: Tanta autem per aquæductus aquarum ubertas influit, ut per urbem, atq; cloacas amnes inundare uideantur, et uniuersæ propemodum ædes subterraneos meatus, siphones, ac fistulas undosas habeant. Præterea etiam hodie ad radices Quirinalis in villa Card. Grimaldi, in dorso eiusdem montis, in uico Patricio, et Suburra, in via Latina, in Auentino, apud Iudæorum plateam, multisq; alijs in locis subterraneos aquæductus uidemus. Is autem soli in urbē per arcus influebant, qui iusto æquilibrio per congruentia loca poterant deduci. Deducebantur enim aquæ ex diuersis locis, et quia Anio Novus omnium erat altissimus, neceßitate urgente, ceteris subueniebat. Quinq; sunt, inquit Fron. ductuum altitudines in omnem partem urbis, sed his aliæ maiore, aliæ leuiore pressura coguntur. Altissimus Anio est Novus: proxima Claudia: tertium locum tenet Iulia: quartum Tepula, deinde Martia, quæ capite etiam Claudiæ librā æquat: sextum tenet locum Anio Vetus: sequitur hanc libram Virgo, deinde Appia: omnibus humilior Alsietina, quæ Træ Styberinæ regioni, et maxime subiacentibus locis seruit. Mox uero cui usui essent, sic ostendit: Autores cuiusq; aquæ, etates, præterea ordinem, et longitudinem riuorum, et ordinem libræ cum prosecutus sim, non alienum mihi uidetur singula subiçere, et ostendere quanta sit copia, quæ publicis, priuatisq; non solum usibus, et auxiliis, uerum etiam uoluptatibus sufficit, et per quot casella, quibusq; regionibus ducatur: quantum extra urbem, quantum intra urbem, et ex eo quantum lacubus, quantum muneribus, quantū operibus publicis, quantum

l s nomi

Castellum aquæd. nomine Cæsaris, quantum priuatis usibüs erogetur. Quid autem sit Castellum in aquæductibus, Vlpianus ita declarat: Castellum est receptaculum quod aquam publicā suscipit. Quum itaq; ductus aquarum ad viarum diuortia, uel regionum urbis fines perducti erant, castella in formarum summitate erant, ex quibus aqua per digitos, unicas, & modulos ædificijs, operibusq; & muneribus publicis, ac priuatorum usibüs diuidebatur à Castellario.

Castellarius. Erat enim Castellarius castelli aquarum custos, ut probatur epitaphio sequenti, uidelicet:

D. M.

CLEMENTI CAESARVM N. SERVO
CASTELLARIO AQVAE CLAVDIAE
FECIT CLAVDIA SABBATIS ET SIBI
ET SVIS.

In solo autem lacus erant, alia aquarum receptacula, ex quibus cum Romanæ plebis, & fullonum, coriariorum, aliorumq; opificum necessitatibus satviceret, tum horti irrigabantur. Idem uero Fron. custodian aquis adhibitam esse, sic testatur: T utelam autem singularum aquarum loci solitam inuenio, positamq; redemptoribus necessitatem certum numerum circa ductus extra urbem centum ab urbe seruorum opificum habendi, & quidē ita, ut nomina quoq; eorum, quos habituri sunt in ministerio per quasq; regiones in tabulas publicas deferrent, eorumq; operum probandorum curam fuisse per Cœsores aliquando, & ædiles, interdum etiam Consulibus eam prouincia obuenisse, ut appareat ex eo, quod factum est C. Luctatio;

et Cœ.

¶ Cæsone Coſſ. Quantopere autem curæ fuerit, ne quis uiolare ductus aquarum, nec non concessam deriuare au- deret, cum ex multis apparere potest, tum ex hoc, quod circus Maximus, ne diebus quidē ludoruū circensium, niſi Aedilium, aut Censorū permisſu, irrigabatur. Agri uero, quos aqua publica, contra legem, quis irrigasset publica= bantur: cuius rei causa Aediles curules iubebantur per ui= cos singulos exire, qui in unoquoq; uico habitaret, præ= dia ue haberent binos preficere, quorum arbitratu aqua in publicum saliret. Primus autem M. Agrippa post ædili= tam, quam geſſit consularis operum suorum, et mune= rum uelut perpetuus curator fuit, qui iam copia permis= tente, descripsit quid aquarum publicis operibus, quid la= cubus, quid priuatis daretur. Omnim autem primū Ap. Claudiū ex agro Lucullano acuato opere deduxiſſe aquam, ab eodem autore literis traditur: qui nouem ſolū aquas ſuo tempore in urbem fluxiſſe ſic commemorat: Nunc autem in urbem influunt Appia, Anio Vetus, Mar= tia, Tepula, Iulia, Virgo, Alſietina, que eadem uocatur Auguſta, Claudiā, Anio Nouis. Que autem fuerint iſtæ aquæ, et unde, quotq; paſſuum millibus, uel ſub terram, uel arcibus ducerentur, pluribus uerbis ipſemē recēſet. Sex. uero Ruffum, eo posteriorem, quē Diocletiani tem= poribus urbem Romam descripsiſſe putat Blon. nouē, et decem aquas poſuiſſe animaduerti.

De Aquæductu Claudiæ aquæ. CAP. XXII.

Diuum Claudiū duos aquæductus à Caligula inchoa= tos perfeciſſe, ſic declarat Fron. Altero imperij ſui anno duos ductus inchoauit, qđ opus Cladius magnificē tiffime

tissime consumauit, dedicauitq; : alteri, quod ex fontibus Cæruleo, & Curtio perducebatur, Claudiæ datum nomen: hæc bonitate proxima Marcia: altera, quoniam duæ Anienis aquæ in urbem fluere cœperant, ut facilius appellationibus dignoscerentur, Anio Nouis uocari cœpit. Suet. opera, inquit, magna, potius quam necessaria, quam multa perfecit, sed uel præcipue aquæductū à Caio inchoatum. Menunit & Plin. his uerbis: Vicit antecedentes aquarum ductus nouissimum impendium operis inchoati à Caio, & perfecti à Claudio: quippe lapideā excelsitatem omnes urbes, & montes æquantem, ut lauacra impleret, Curtios atq; Cæruleos fontes adductos, erogata ad id opus talentū sexaginta nullia. Is est aquæductus, quem à porta Nævia per Cœlij montis dorsum in Aueniūnum perducit Caſi. In frontispicio autem eiusdem portæ de restitutione eiusdem aquæductus hæc leguntur:

TI. CLAVDIUS DRVSI F. CAESAR AVGV
STVS GERMANICVS PONTI F. MA
XIM. TRIBVNICIA POTESTATE XII.
COS. V. IMPERATOR XXVII. PATER
PATRIÆ AQVAS CLAVDIAM EX FON
TIBVS QVI VOCABANTVR CERVLEVS.
ET CVRTIVS A MILIARIO XXXXV.
ITEM ANIENEM NOVAM A MILIA
RIO XII. SVA IMPENSA IN VR
BEM PERDVENDAS CVRAVIT.

IMP.

IMP. CAESAR VESPASIANVS AVGVST.
 PONTIF. MAX. TRIB. POT. II. IMP.
 VI. COS. III. DESIG. IIII. P. P. AQVAS
 CVRTIAM ET CERVLEAM PERDV=CTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA INTERMISSAS DILAPSASQVE PER ANNOS NOVEM SVA IMPENSA VRBI RESTITVIT.

IMP. T. CAESAR DIVI F. VESPASIA=NVS AVGVSTVS PONTIFEX MAXIMVS TRIBVNIC. POTESTATE X. IMPERATOR XVII. PATER PATRIAE CENSOR. COS. VIII. AQVAS CVRTIAM ET CERVLEAM PERDVCTAS A DIVO CLAVDIO ET POSTEA A DIVO VESPASIANO PATRE SVO, VRBI RESTITVTAS. CVM A CAPITE AQVA RVM A SOLO VETVSTATE DILAPSAE ESSENT NOVA FORMA REDVCENDAS SVA IMPENSA CVRAVIT.

In eodem aqueductu iuxta hospitale lateranense, inter alios, hic positus est index:

M.AV

M. AVRELIVS ANTONINVS PIUS FE
LIX AVG. TRIB. POT. IIII. PRO COS.
ARCUS COELIMONTANOS PLVRIFA
RIAM VETVSTATE CONLAPSOS ET
CONRVPTOS A SOLO SVA PECVNIA
RESTITVIT.

Partem autem huiusce aquæ in Capitolium à Caracalla
fuisse deductam ferunt. Extant enim ruinæ formarum in
Palatiū usq;. In arcu uero Tiburtino, huic aquæductui cō
iuncto, prope ædem diuæ Mariæ in Dominice, uetustate
corrosoe sunt literæ tales:

P. COR. P. F. DOLOBELLA COS. C.
IVNIVS C. F. SILANVS FLAMEN
MARTIAL. EX S. C. FACIVNDVM
CVRAVERVNT IDEMQVE PROBAVE
RVNT.

Aquam quidem ipsam à Traiano in Auentinum perdu-
ctum, Traiani nomen accepit, autor Front. cuius adhuc
apparet formarum uestigia apud S. Priscam, & in ruinis
Thermarum Decij marmor paucis ante annis effossum
id, quod Frontini uerba, significabat.

De his quæ incertam sedem nunc in Cœlio
monte habent. CAP. XXIII.

Carnetem plum. **B**rutus primus Cos. pulso Tarquinio Carnæ deæ tē
plum in Cœlio monte extruxit, sacrumq; uoti reus
fecit, quia cordis beneficio, cuius disimulatione habebatur
idone

idoneus, emendationi publici status extitit. Hanc enim deā uitalibus humanis p̄r̄esse credebant, ab eaq; petebatur ut iecinora, et corda, quæq; sunt intrinsecus uiscera salua cōseruaret. Templum Claudi Cæs. conditum à Vespasiano, Claudiū tem-
sed prius coptum ab Agrippina in Cœlio monte Nero=plum.
nem funditus destruxisse autor est Suet. Mamurra For-
manus fabrorum Cæsaris in Gallia p̄f̄ectus, domum,
quam in monte Cœlio habebat, primus omnium Romæ
marmoreis crustis exornauit, Plin. In Cœlio domū Clau-
di Centimali fuisse, ait Val. Max. de qua Cic. sic memi-
nit: Cum in arce auguriū augures acturi essent, iussissentq;
T. Claudio Centimalum, qui ædes in Cœlio monte ha-
bebatur, demoliri eas, quarum altitudo officeret auspicijs,
emut Calphurnius Lanarius. Domus Tetricorum (inquit
Pollio) qui duo ex triginta, tyrannorum fuerūt, hodieq;
extat in monte Cœlio, inter duos lucos, contra Isum Me-
tellinum pulcherrima. In eodem monte Iunij Senatoris
domum constituit Cor. Tac. Adduntur, ait, sententiae, ut
mons Cœlius in posterum Augustus appellaretur, quan-
do cunctus conflagrantibus sola Tiberij effigies in domo
Iunij Senatoris iniulata mansisset. Habuit Cœlius domū
T. Claudi Clypti hymnologi, quemadmodū in ejus epi-
taphio legimus, & Cornelij domum qui, ut alij uolunt,
primus eam marmoreis tabellis exornauit. Martialis Cam-
pus, in quo, si quando aquæ Tyberis Martium campum
occupassent, equiria fiebant, in Cœlio à Sex. Pomp. collo-
catur, sicut ab Ouid. his carminibus:

Altera gramineo spectabis equiria campo,

Quem Tyberis curuis in latus urget aquis.

Qui

Qui tamen electa si forte tenebitur unda,

Cœlius accipiet puluerulentus equos.

Fuit in eodem monte Macellum Magnum, Antrum Cy= clopis, Spoliarium, & Armamentarium. Sed de Cœlio sa tis. Videamus quid à latere ipsius, quod Auentinum respi cit, sit, aut fuerit.

De Appia, & Noua uia, ac de Isidis, Virtutis, Honoris, atq; Quirini, siue Martis Aede, & Almone flu.

C A P. XXIIII.

Appia uia.

Noua.

IN situs urbis descriptione dictum est conuallem, Ap piamq; uiam, quantum ad septentrionem spectat à Pa latino, quantum uero ad occasum hyemalē, à monte Auē tino, Cœlium dirimere. Pomp. autē Letus Appiam Brun dusium usq; producit, à porta autem ad thermas Anto nianas Nouam uult appellari. Sed Appiam etiam intra ur bem fuisse usq; ad Constantini arcum innuit Spartanus, in ea Septizonium Seueri cum colloquauerit: potuit tamen aliquando accidere, quod huius pars à Caracalla munita Nouæ nomen adepta sit. *Quod autem Solinus dicit Tar quinium Priscum habitauisse ad portam Mugoniam su pra summa Nouam uiam, de alia intellexerim.* Sunt qui putant uiam Nouam à porta Palatiū inchoasse, & per ra dices Palatini montis supra circum Maximum ad infimā Piscinam peruenisse, ubi nunc diui Sixti ædes uisitur. Ve rum, ut diximus, uiae Nouæ diuersis temporibus à diuer sis hominibus nouiter deductæ, aut munitæ plures, & multis in locis fuere. *Quocirca, nisi distinguantur tempo ra, infinita occurrent apud scriptores, quæ inter se se con traria uidebuntur.* Ad caput autem uiae Nouæ in regione

Pisci

Piscinae inter prædictam adem, spectandasq; thermarum Antoniarum ruinæ, fuit templum Iſidis Antenodorice, Iſidis tem ab Antonino Bassiano conditum, iuxta ipsius Thermas, plu. ubi quædam marmora eruta sunt, cum inscriptione mutata huiusmodi:

**SAECVLO FELICI ISIAS SACERDOS
ISIDI SALVTARIS CONSECRATIO.**

In altero uero fragmento sic legebatur:

**PONTIFICIS VOTIS ANNVENT DII
ROMANAЕ REIP. ARCANAQ. MOR
BIS PRAESIDIA ANNVENT QVORVM
NVTV ROMANO IMPERIO REGNA
CESSERE.**

In via autē Appia, haud longe à porta Honoris, et Vir= Honoris, et tutis steterat templum, quod M. Marcellus dedicauit, de Virtutis. cimoseptimo anno posteaquam à patre eius primo cōfula tu uotum in Gallia ad Clastidium fuerat. huius meminit Cic. de nat. deo. Martis templa duo, inquit Ser. unū Quirini intra urbem, prope portam, quasi custodis, et transquilli: alterum in Appia uia extra urbem, quasi bellatoris, et gradui. Ful. uero scribit duo extra portam fuisse Martis templo. Vnum quatuor miliarijs ab urbe distans: alterum paulo extra portam. Quod si ita est, cur Ser. dixit duo, et nō tria eius templo: unū Quirini intra urbem, et duo extra: quod erat cōsentaneum, secundū ipsum. Almo Almo fl. flu. per viā Appiam, Auētiniq; radices in Tyberim fluēs, longe ab urbe ad x. mil. paſſ. in agro maritino oritur, Ap

m pīq;

pijq; Riuum uulgo nunc nominat: in quo Mater deorum Cal. Aprilis singulis annis à Gallis sacerdotibus abluebat, unde Papinius:

Est locus ante urbem, qua primum nascitur ingens Appia, quaq; Italo genitus Almone Cybelle Ponit, & Ideos iam non reminiscitur amnes. Ouidius: Est locus, in Tyberim qua lubricus influit Almo, Et nomen à magno perdit ab amne minor.

De Thermis in genere. C A P. xxv.

Thermae Græcum est uerbum, quod neq; latinū non men, neq; significationem unica dictione recipere potest, & quoniam calidum tantum significat. Nos uero loca que calentibus aquis, aut sine ipsis solo fornice calefactio lauandi, & sudandi usibus deputati sunt, eodem nomine, quo Græci, thermas appellamus. Priscis namq; Romanis lauandi usum fuisse prope quotidianum satis constat, quo uel pulucrem, sordesq; abluerent, uel sudorem prouocarent, crudamq; adiuuarent digestionem, quod teigit iuuenalis cum, inquit,

Et crudum pauonem in balnea portat.

Sæpe tamen uoluptatis tantum causa id facilitarunt, propterea uel mediocriter diues priuata balnea, siue lauacra habuisse, illud argumento est, quod Cic. Terentiam uxorem monet, ut curet labrū in balneo ne desit, certioremq; facit Q. Fratrem Asie procos. de balneis, quas in Aripianati extrui curabat. Multa deinde balnea paulatim extrusa, in quibus ad libitum plebs lauaret. Primus autem omnium Sergius Orata pensilia facere instituit, sicuti Valer. Maxim. commemorat. Re postmodum ad principum luxuriam

Orata pen-
silia:

xuriam, et fastum producta, cœpere lauacra in modum,
 ut ait Ammianus, prouinciarum extruere, quas thermas
 appellarunt, in quibus ædificandis nullum neq; modum,
 neque mensuram scrupasse ex illarum, que nunc extant,
 uestigij, facile unusquisque potest iudicare. Varia enim
 et propemodum infinita habebant loca, uarijs usibus,
 et uoluptatibus deputata, quædam ad calefaciendas aquas
 forma circulari: ex quibus per siphones, et fistulas bal=
 neis, nedum in solo expositis, uerum etiam pensilibus ca=
 lidam ministrabant, quæ post lauationem inutilis per ca=

Areas.

nales in inferiorem partem, inde subterraneis meatus in Cloacas mittebatur. Habebant Thermæ etiam Apodyteria.
 dyteria, in quibus balnea ingressuri uestes deponebant,
 ut ostendit Plinius in epistolis. Habebant et areas am= Porticus.
 plissimas, porticibus spatiotissimis circundatas, camera= tacq; superbissimis fornicibus ædificia in circuitu haben= tes, in queis diuersi coloris marmoreæ, ingentesq; co= lumnæ, quarum quedam stantes, nonnullæ uero iacen= tes adhuc cernuntur, multæ ad templorum ornamenta translatae. Pavimenta uero lithosrata diuersis lapidibus pavimenta.
 conspicua, parictesq; marmoreis tabellis in multis incru= stati. Erant etiam Xysti, nemora, et natatoria populi lu= Xysti.
 dis, delitijsq; exposita, propterea frequens in thermis Natatoria,
 uersabatur: principesq; ad id insanæ uenerant, ut cum eo promiscue lauarent. Spartanus de Hadriano: Pu= blice, inquit, et frequenter cum omnibus lauit. Vnde cum ueteranum quendam notum sibi in militia dorsum,
 et cæteras partes corporis uidisset atterere, perconcta= eus cur se marmoribus distingendum daret, ubi audi=

uit hoc idcirco fieri, quod seruum non haberet, seruis eum donauit, & sumptibus. Verum cum alio die complures senes ad prouocandam principis liberalitate hoc idem facerent, euocari eos iussit, & alium ab alio defricari. Tradunt autem M. Aurelium Antoninum lauacra mixta praebuisse. Lauadi uero tanta fuit Commodo Imp. uoluptas, ut septies in die lauerit, in balneisq; sepe coenauerit. Iulius Capitoninus scribit Gordianum iuniorem septies in aestate, hyeme bis lauisse, qui cum sepe mulieres pulchras, & puellas, & cum his anus deiformes admitteret, scio cose id facere dicebat. Alexander Sylvas in thermis deputauit, oleumq; luminibus thermarū addidit, quū antea, non ante auroram pateret, & clauderentur ante solis occasum.

De Thermis, & Palatio Antonini Caracallæ.

C A P . X X V I .

Antoninum Cardcallam Thermas, quæ ab eo Antoniane sunt denominatae struxisse, in eius uita Spartianus sic testatur: Opera Romæ reliquit, thermas sui nominis eximias, quarum cellam soleare architecti negat posse ulla ratione fieri, nisi qua facta est: nam ex ære cupro cancelli subpositi esse dicuntur, quibus cameratio tota concreta est, & tantum est spatij, ut id ipsum potuisse fieri negant docti mechanici. Lamp. uero has inchoatas ab Antonino Seuerum perfecisse, atq; exornasse refert. Visuntur adhuc in radicibus Auentini, ad uiam olim Ardeatianam, & apud nunc S. Balbinam, harum ingentes ruine, cum altis parietibus, columnisq; semisepultis miræ & magnitudinis, & pulchritudinis. Magnum autem ambitum amplectebantur, & ducus ille aquarum, qui ante portam

Capit

Capenam transit in eas olim aquam deducebat. Sub ther
mis Antoninus ipse nobilissimum posuit Palatum, cuius
uestigia uix supersunt.

LIBER QVIN T V S.

De Auentino.

CAP. I.



VENTINVS autem collis, quar
tus in ordine montium fuerat colloca=
tus, de cuius ambitu, & forma cum mul
ta supra dicta sint, reliquum est, ut qui=br/>bus ædificijs exornatus esset nunc uidea
mus, prius tamen unde dicatur. Auentinum igitur mōtem Auētinus urb
ab aubus, quæ uesperi ex Tyberi illuc cubitum aduola= de dictus.
bant, denominatum quidam uolunt. hinc Virgil.

Dirarum nidis domus opportuna uolucrum.

De Auentino locutus. Alij à rege Aboriginum illic & oc
ciso, & sepulto. Var. tamen dicit in gentem Po. Ro. Sabi
nos à Romulo suscepitos istum accepisse montem, quē ab
Auante prouinciae suæ fluvio appellauerunt Auentinum.
Constat ergo uarias opiniones postea secutas. Nā à prin
cipio Auentinus dictus est ab aubus, uel rege Aboriginū,
unde hunc Herculis filium constat nomen à monte acce
pisse, nō præstisſe, autor Ser. Idem autē Var. post uarias
quorundam opiniones, subdit: Ego maxime puto ab adue

m 3. fin

Remurius
mons.

etu: Nam olim paludibus mons erat ab reliquis disclusus, itaq; ex urbe via qui aduehebantur ratibus, quadrante soluebant. Alij ab aduentu hominum, quod commune Latinorum ibi Dianae templum sit constitutum. Huic autem monti Remurio aliquando dixere nomen. Et quanquam Sex. Pomp. refert Remuriam locum esse in summo Aventino, ubi Remus de urbe condenda aufficatus fuerat, non tamen obstat quin totus mons Remurius appellaretur, quem Romulus neminem passus est habitare, sed sacrum fratri esse uoluit usq; ad hybernac. Diony. autem prodidit Ancum Martium Aventinū muro cinxisse, cōtra Gellij opinionem, qui, ut demonstratum est, dicit neque Ser. Tullium, neq; quempiam aliū, ad diui Claudiū temporā usq;, hunc montē, tanquā aibus obſcēnis omnino sum, m̄tra pomerij fines recepisse. Quare aut post Ancum statim exclusus, aut secundū Luium, ab eo nouæ multitudini datus, nō tamē urbi additus est, iuxta eiusdē Gellij opinionē, qui uult urbanum aufficium pomerij finem facere. Quae autem in eo fuisse traduntur, breuiter exponamus.

De Diana, Bonae deae, Herculis Victoris, Iunonis Reginae, & Monetae, Lunae, Victoriae,
Mineruae, & Libertatis templo, ac
Ara Iouis Elicij.

C A P. 11.

Diana.

IN uertice autem Auentini montis, qui Tyberim deſp̄cit, stat diuine Sabinae templum, quo in loco olim Diana, ad eam nempe partem, quae naualia ſpectat. Appianus enim commemorat Gracchum hoc ascendisse tem- plum, atq; inde ad alteram fluminis partem per pontem ligneum transiisse. De hoc quidem templo Sex. Pomp. sic

sic meminit: Seruorum dies festus existimatur idibus Aug^{usti}, quod eo die Ser. Tullius natus serua ædem Diana dicauerit in Auentino, cuius tutelæ sunt serui, à quorum Serui unde celeritate fugitiuos uocent seruos. Commune autem erat dicti: omnibus Latinis. Quod ideo instituisse uidetur, ut ostende ret lege naturali seruos nihil distare à ceteris hominibus: Dionysius enim huius templi Ancum Martium autorem fecisse uidetur: Traductus, inquit, ex Tullenis, Politorio, alijsq; urbibus quoscunq; ceperat colonos, ibi collocauit, persuasiq; ut templū Diana ædificarent, adjicerentq; statutis temporibus inducias, ut si qua facta inter eos offensio esset, per hæc sacra dissoluerent, posteaq; rex pecunijs, quas contulerant urbes et omnes, extruxit Diana fauum, in maximo Romæ collium Auentino collocatum, legesq; in base ærea conscripsit, in Delubro Diana sita. Hinc patet, quod si prius hoc templum non fuit in Auentino, quam tempore Anci regis, non potuisse ab aduentis hominum Auentinus appellari: cum constet ante Anci imperium hoc nomen obtinuisse. Sequitur in eodem vertice, haud procul hinc, ædes S. Mariae cognomento Auentinæ, ubi Bonæ deæ templum extitisse ferunt, in honorem Faustinae castissimæ sororis Fauni à Claudia uestali conditum, postea uero à Livia restitutum. Bonæ deæ autem sacra à solis foeminis peragebantur, neq; licebat uiris interesse, unde Cic. criminatur P. Clodium quod ausus sit hæc sacra, quæ pro salute Po. Ro. fiebat, sua præsentia turbare, atq; polluere. Spartanus ait Hadrianum ædem Bonæ deæ transtulisse, quod autem, nō dicit. In crepidine ad eundem Herculis flumum pertinente, ubi nunc diu Alexij, fuit Herculis etoris,

- Iunonis re Victoris templum, & ab eo hau^a procul Iunonis Regi-
gine. n^e, ex parte Vientan^e prædæ à Camillo conditum, de
.quo secundo bel. Fu. mentionē facit Liuius. Sed Hercules
alterum habuisse dicitur, eo in loco, ubi nūc in ruinis ther-
marum Decij imperatoris ecclesia diuæ Priscæ est sita. In
dorso autem Lunæ constituit Ouid. his carminibus,
Luna regit menses, huius quoq; tempora mensis.
Finit Auentini Luna colenda iugo.
- Liuius: Atrox cum uento tempestas forem ex æde Lunæ,
quæ in Auentino est, raptam tulit. Istus autem certum lo-
cum à peritis topographiæ urbis assignari solet, incertū
uero sequentibus, ueluti Victoriæ templo, quod ab Arca-
dibus extrudum, ab eisdemq; sacra eidem deæ constituta
narrat Diony. Mincruæ autem à Sex. Pomp. Iunonis ue-
ro à Valerio Max. in eodem monte collocatur: à Liuio-
uero Libertatis, ex multatitia pecunia cū æreis columnis,
& statuis pulcherrimis à patre T. Gracchi & conditum,
& dedicatum: cuius Atrium ab Helio Pæto, & Cor. Ce-
thego censoribus fuit refectum, & ampliatum, & nouissi-
me à Pollione, ut tradit Suet. instauratum, de quo Liuius
quinto decadis quintæ meminit his uerbis: Hæc inter-
ipsos disceptata, postremo eò descensum est, ut ex qua-
tuor urbanis tribubus unā palam in Atrio Libertatis for-
tirentur. Libertatem enim deam in primis coluere Ro-
mani, utpote Libertatis assertores. Habuit Auentinus &
Aram Louis Elicij à Numa dicatum, quæ ab eliendo, se-
cundum Var. nomen adepta est. Habuit & Murceæ uc-
terem Aram: nam pri^{sc}i Venerem Murceam uocabant, à
myrto ei dicata: uel, ut alij, quod præter modum non mo-
ueret;

ueret, ac ficeret hominem murcidum, ac nimis desidiosum, & inactuosum. Iunonis monetæ Aedem etiam in A= Iunonis Muentino fuisse, literis traditur. Camillus autem dictator in netæ. eodem Matutæ matri templum consecravit. autor Blon. Matute. qui ex Plin. refert Laurentium syluam Ioui sacram fuisse in hoc ipso colle, & in ea Valentinianum, Gallæ Placidæ filium, interfectum. de sylua hac uide Var. & Liuium.

De Caco, & eius Spelunca. C A P. III.

Caci speluncam supra ædem diuæ Mariæ in schola Græca, qua parte Auentinus palatium uidet, fuisse, putat Blon. at locus acclivis nullum speluncæ præ se fert uestigium. Virgilius autem in montis crepidine, loco maxime edito, ponit his carminibus:

Stabat acuta filex præcisus undiq; saxis
Speluncæ dorso insurgens altissima uisu.

Melior est ratio, quod facit ad Tyberim incumbere dum subdit:

Hanc, ut prona, iugo leuum incumbebat ad amnem,
Dexter in aduersum nitens concusit, & imis
Auulsam soluit radicibus, inde repente
Impulit, impulsi quo maximus insonat æther,
Dissultant ripæ, refugitq; exterritus amnis.

Quod si placet speluncam ipsam ad Palatinum montem pertinere, non procedit, quod ait poëta. Incumbebat ad amnem, abest enim locus ille à fluvio ad teli iactum, à Tyberi q; est auersus. Quod autem Ser. dicit Tyberim per circum maximum fluxisse, de alio tempore, quam quo Hercules in Italiam uenit, loqui opinamur. Si enim ad Herculis aduentum referre uolumus, obstant que de ipso à

m 3 Virg.

Virg. & Liuio tradita sunt, quemadmodum de fico R̄muniū scribentes supra demonstrauimus. Arbitramur igitur Caci speluncam ē regione S. Mariæ Auentinæ ædis fuisse, ubi fluuus accedit quād maxime prope Auentino, & mons ipse plurimus attollitur, rupesq; tota est scabra, & speluncis apertissima: quod innuit Diony. prope portam Tergeminam speluncam ipsam qui constituit, narrans Herculem Caco clava mactato, & spelunca euersa Aram Iouis Inuentoris erexisse ei loco proximā, eamq; suo tempore iuxta portum Tergeminam exutisse. Cacus autem secundum fabulam Vulcani filius fuit, ore ignem, ac furnum uomens, qui vicina omnia populabatur. Veritas tamen habet, hunc fuisse Euandri nequissimum seruum, ac firem: nouimus enim malū à Gracis nākōn dici, quem ita Arcades illo appellabāt tempore: postea translato accētu Cacus dīstus. Scalæ autē Caci ad ipsam speluncā fuisse fabulantur.

De Arimilistro, & quibusdam alijs rebus
in genere positis. C A P. IIII.

ARIMILISTRUM putauerint, inquit Volateranus, id spātij, quod in testaria nunc est: nam in regione Auentini ponitur, nec sane aptior locus recensendis armis, ac militibus ostenditur. hanc sequitur Ful. Plut. autem ait Arimilistrum locum in Auentino, ubi Romulus Tatium sepe luit. Vnde apparet istos non recte sentire, quia aliud est esse in Auentino, aliud in Auentini regione. Var. tamen Arimilistrum, & circum Maximū eundem esse arbitrat-
tur. Sex. uero Pomp. festum, quo res diuinæ armati facie-
bant, ac dum sacrificarent tubis canerent. Quare opinor
locum in quo festum hoc agebatur, siue in Auentino ad
Tatij

Tatij sepulchrum , siue in circa Maximo, eodem nomine appellatum, quo & locus, ubi perfectis bellis arma reposabantur. Romani enim arma priuatim non tenebant, sed in reditu exercitus in Armulustrum, aut in Tarpeiam rupem reponabant. hinc Spartanus dicit, Vespasianum ex Armulusto arma legionibus permisisse, & Lucanus: Iam rupes Tarpeia sonat . In Auentino autem, iuxta lunonis Reginæ templum , fucre Gemoniae Scale , per quas ne= quam, & fontes unco trahebantur: erat enim locus præ= ceps in quem facinorosi tracti excarnificabantur. Suet. in Tiberij Imp. funere: Alij, inquit, uncum, & Gemonias ma= nabantur. Et in Vitel. Tandem apud Gemonias minutissimis istibus excarnificatus, inde unco tractus in Tyberim . Domum Phyllidis apud Dianæ templum . Proper= tius: Phyllis Auentinæ quædam est vicina Dianæ , & re= liqua . Remoria locus , ut dixi, in Auentino , ubi Ro= nulus Remum sepeliuit , quandoquidem & uiuens eum locum ille sedibus destinabat . Thermas Decianas in ho= norem Decij Imp. à S.P.Q.R. ædificatas in eodem monte fuisse uolunt , & apud has Varianas . Traiani uero cum priuatis ædibus in uinea Francisci Albertini eius, qui quædam cursim de antiquitatibus urbis in lucem edidit. Fabulantur in Auentino fuisse Fauni , & Pici antrum , fon= temq; ex quo bibebat , atq; Numā illuc uino apposito eos ebrios factos conieciisse in uincula , & ab his fulmina elice re didicisse. de hoc autem fonte Quid. in Fast. ita meminuit: Lucus Auentino suberat niger ilicis umbra,

Quo posses uiso dicere numen adest.

In medio gramen, muscoq; adoperta uirenti

Manabat

Manabat saxo uena percennis aquæ.

M. Cato Italum Auentinum coluisse, Luius uero in eodem cum plebs à patribus in montem sacrum secessisset, decem Trib. Pleb. creatos, & Cor. Tac. Diuī Tiberij tempore incendio exustum esse, memorant. Hactenus autem de Auentino.

De Testaceo monte, & de ijs quæ in eo ambitu fuere. C A P. V.

INTER AVENTINUM montem, & Tiberim, ac urbis moenia, quatuor laterum inæqualium planicium collocauimus: in qua, haud procul à mœnibus ad ortum hyemalem pertinentibus, surgit collis, quem uulgo Testacium vocant. Quò cum animu recreandi gratia munificentissimus

Raince. uir NICOLAVS Rens, Prot. Ap. qui rerum experientia, & singulari fide Gallorum regis à secretis existit, me adduxisset, essentq; unà AMBROSIVS Recalcastus, & ANTONIVS Carpanus Mediolan. & quidam alij honesti uiri, in quoru numero fuit etiam BART. de Forbicibus, ac FRAN. Pontius Placeñ. (hos enim omnes literis, honestisq; moribus ornatos, & integerrimos honoris causa nomino) rogassentq;, an collis ipse ex fragmentis uasorum fictiliu[m], in quibus prouinciae tributum Po. Ro. cerebant, esset coaceruatus: respondi, inueteratam opinionem illam prorsus ridiculam esse, neque apud aliquem scriptorem inueniri, subditos Romanis tributum testaceis uasibus detulisse: sed (ut etiam Blon. refert) consueuisse Questores in prouincias mutti, quibus ea exigendi cura esset, exactaq; legionibus in stipendia distribuendi, nisi in aerarium Romam mallent deferri, Catonemq;

Vticeñ

Vticensem Questorem in Asiam, Cyprumq; missum habiti a provincialibus tributa non fictilibus urnis, sed sacculis in summa nauis puppi gestauisse, subere ea ratione longissimis alligatis funibus, ut si naufragio cum naui ipse periret, supernatans suber ostenderet in fundo depositum, tributorumq; pecunia Po. Ro. salua esset, propterea me credere collem ipsum aggeratum quidem esse ex fictiliis fragmentis, at ex ijs, quae à figuris in ea regione officinas habentibus, contulissent. quandoquidem Plin. ostendit fictiliū maximum usum fuisse apud maiores, adeo ut deorum simulacra, templorumq; ornamenta, & ipsa parietum crustamenta ex fictilibus conficerentur, cuius sunt hæc uerba: Turianumq; à Fragellis accitum, cui locarat Tarquinius Priscus Iouis effigiem in Capitolio dedicandam. Fictilem fuisse eam, & ideo non mirari solere fictiles in fastigio templi eius quadrigas, de quibus sepe diximus. Ab hoc eodem factum Herculem, qui hodieq; materiæ nomen in urbe retinet: hæ enim tum effigies deū laudatissimæ erant. Nec pœnitet nos illorum, qui deos tales coluere: aurum enim, & argentum ne in diis quidem conficiebatur, durant etiamnum plerisq; in locis talia simulacra. Et mox: Atqui Numa rex septem collegia figurorum instituit. Quin ex defuncti sese fictilibus dolis condimuluere: maior pars hominum terrenis utitur uasis. M. etiam Var. figulos uno in loco fuisse indicat, quum dicit Venerem Myrteam fuisse inter figulos. Et Sex. Rufi urbis Romæ descriptio habet, in regione prima porta Capena fuisse Vicum Vitriariorum. Cum itaque figurorum eam esse opificij conditionem uideamus, ut longe ab aquis

ab aquis haberi non posset, cum etiam eius artis purgamenta, si nimis multa in aruis dispargantur, eareddant ceteris usibus inutilia. si in flumen abijcantur, aut illud in breui compleant, aut difficillime eruantur: prudenti consilio factum tenemus, ut tam multa figulorum collegia à Numa rege instituta myrtleis, & secus flumen apud Viatoriorum uicum ibi fuerint locata, ubi nunc testaceum inter montem, & Tyberim uineas uidemus. quod si Numa regis temporibus figulorum collegia fuerunt septem, quanto plura credimus esse addita, Romani populi nullitudo non minus aucta, quam fuit imperium dilatatum. Hec omilia attente considerantes, mirari solemus, cur Testaceus mons, supra fidem eorum, qui non uiderunt, arduus non in alpem potius insurrexerit. Ambitus autem huius duobus nullibus uix perficitur pedibus: altitudo uero centum sexaginta, cuperbitaeq; habet formam, cuius latior pars ad Tyberim, inter Transstyberinam regionem & urbem fluentem, pertinet. In eadem planicie fuisse etiam Lignarios, & Emporium ostendit Liuius.

De Pyramidibus, & sepulchro C. Cestij, ac
Horreis Po. Ro. C A P. VI.

PYramides appellantur quadratae moles, more flammeæ surgentes, unde ἡπὸ τοῦ πυρὸς deductas multi uolunt. Steph. autem aliam huius nominis tradit etymologiam. Pyramides, inquit, in Aegypto ædificium, in quod feruntur expensa fuisse in cæpas, allia, & cascum talenta decem millia, & quingenta. Nominatae sunt autem pyramidæ ἡπὸ τῷ πυρῷ, id est, à tritico, quod illuc conducens rex penuriam fecit frumenti per totam Aegyptum

Pyramides
sundc.

ptum. Rationem excidendi , atque statuendi pyramides docet Plin . hoc modo : Dicantur pyramides in eadem Aegypto regum pecuniaæ ociosa , ac stulta ostentatio , ne pecuniam successoribus , aut æmulis insidiariibus præberent , aut ne plebs esset ociosa . Extat adhuc ex omnibus una apud portam hostiem sem mœnibus urbis inclusam , quæ fuit sepulchrum C. Cestij sepiemiri epulonum , chrum . quemadmodum huiuscmodi probat index :

C. CESTIUS L. F. P. O. B. EPVLO. PR.

T. R. PL. VII. VIR. EPVLONVM.

Inferius uero literæ minores leguntur hæ:

OPVS ABSOLVTVM EX TESTAMENTO DIEBVS CCCXXX.

ARBITRATV.

PONTI. P. F. CLAMELAE HEREDIS ET PONTHI. L.

Blondus autem fuisse totius collegij septemuirum epulonum sepulchrum existimauit . Epulones enim dicebantur Epulones qui epulas dijs instituendi potestatem habebant , autor qui . Cic. tertio de Oratore . Horrea Po. Ro. c xxxx . inter Horrea . Testaceum , & Tyberim fuisse marmor effossum in uinea Marcelli de Capozucchis tali inscriptione ostendit :

NVM. DQM. AVG. SACRV M GENIO
CONSERVATORI HORREORVM GAL-
BIANORVM M. LORINVS FORTVNA-
TVS MAGISTER S. P. D. D.

Ab alio

Ab alio uero latere hæc leguntur:

NVM. DOM. AVG. SACRVM FORTV-
NAE CONSERVATRICI HORREOR.
GALBIANORVM M. LORINVS FOR-
TVNATVS MAGISTER S. P. D. D.

*Apud Tyberim, in eo ambitu, fuit Hylerna lucus, de quo
Ouid. ita meminit:*

*Adiacet antiquus Tyberinæ lucus Hylerne,
Pontifices illuc nunc quoq; sacra ferunt.*

*Capenam autem oppidulum in eodem ambitu fuisse, qui-
dam tradidere.*

De meta, quæ Sudans dicta est, & Iouis Si-
mulacro. C A P. VII.

Post Auentini montis descriptionem, Ianiculum re-
cto ordine sequi dixeramus, cum autem commo-
dius relicturos ad eam partem situs urbis, quæ Transsty-
berinam complectitur regionem. Succedent igitur Esqui-
lie, quas à meridie, siue ortu hyemali via Labicana, ab oc-
casu uero usq; ad Amphitheatum conuale. c c c c .pe-
dum latitudine eandem viam complectente, à Cœlio mon-
te diuimus: prius tamen quam ipsas aggredianur, quid
in hac ipsa via, & conuale fuerit, aut sit, breuiter dicen-
dum. Abhortis itaq; templi diuæ Mariæ Nouæ, unde di-
digredi sumus, aufficari conueniens erit. Ante Con-
stantini triumphalem arcum extat antique metæ lateri-
Meta Sudans tia, & dimidiata rotunditas, que metæ Sudans à P.
Victore appellatur, quod ex ea aquas manasse fama est,
quibus

quibus plebs ex proximi Amphitheatri spectaculis sitim extingueret. In huius uertice Iouis æneum simulacrum stebat. Illud autē hoc loco notandum: maiores ad percutendum sœdera Iouis simulacrum adhibere cōsueisse, quod Iouis simulacrum tædiosum esset, præcipue quando cum longe positis crum. gentibus percutiebantur, in uictum est ut sceptrum tenentes, quasi imaginem simulacri redderet Iouis, cuius proprium est sceptrum, ea peragerent.

De Amphitheatro Titi Vespasiani, ac de templo Fortunæ, & Quietis. CAP. VIII.

Surgit inter Cœlum montem, & Esquilias Amphitheatum, vulgo Colosseum appellatum, quod media urbe, ut destinasse compererat Augustū, Vespasianus excitauit: Titum deinde eius filium dedicuisse ostēdit Sueton. his uerbis: Et tamen nemine ante se munificentia minor amphitheatro dedicato, thermisq; iuxta celeriter extructis manus apparatiſimū, largiſimumq; dedit. Vtriq; tamen, id est patri Vespasiano, & Tito eius filio amphitheatri opus attribuere uidetur. Eusebius uero extructionis, & dedicationis Titum autorem facit: & Cassiodorus, qui, ut diximus, asserit ipsum Titum, falso tamen, primū omnium huiuscemodi excogitusſe molem. Titum autē uel inchoauisse, & perfecisse, uel cū genitor cœpisset, absoluſſe nemini dubium uideri potest, si quis reliqua aedificia ab eodem prope extructa cognorit. Mar. uero hanc ipsam molem Domitiano attribuit, sed id factum est per adulatio- nē. Colosseo enim fuit nomen à Neronis Colosso, qui erat Colossus Ne in porticu domus, ut in æreis eius numismatibus ſa- pe ueronis. Verum utrum Titus intra amphitheatru conclu-

n. scrit,

serit, aut postea eò translulerit, aut ædificando prope statu re permiserit, parum liquet: & tamen à Colosso nomen obtinuit, quo in loco ipsius Neronis stagna prius fuisse, idem Martialis sic testatur,

Hic, ubi conspicui uenerabilis amphitheatri
Erigitur moles, stagna Neronis erant.

Arena. *Ipsum autem amphitheatrum Arenam appellatum legimus, quod solum arena sparsum esset, ea nempe de causa ut gladiatores, certatoresque reliqui sine periculo caderent, simulque sanguis illico tegeretur, ne illius aspectu pugnantes aduersarios timerent, minusque alacriter in certamen descenderent: & nudati perunctiisque pugiles eo puluere perfusi solidiores uicissim præberent amplexus. Amphitheatum, inquit Plin. Tiburtino lapide extructum tantæ altitudinis, ut eò uix humanus oculus inspicere possit. Habet autem forinsecus porticum unius structuræ, per quam fuerant ingressus, & ascensus. In singulis uero arcibus superioribus marinoreæ statuæ cum incrustatione, & signis intrinsecus, & extrinsecus: in quibusdam uero fornicibus ornamenta ex gypso adhuc cernuntur: sub ipsa mole deductæ sunt Cloace, quibus magna pars sustinetur, auctor Pomp. Letus. Caeam, que ludorum diebus lenteis operiebatur, loca septem & octoginta millia cepisse refert P. Victor. At sedentium loca, & cunei qualiter essent diuisi, & quibus gradibus singuli ordines ad sedes suas ascenderent, facilius ex Veronensi, quam è Romano amphitheatro cernere licet: cuius cum uetus state, tum barbarorum iniuria, & immanitate magna pars eversa est. Quæ cuini penitus delere nō poterant, impia lancinarunt manu,*

manu, quemadmodum in plerisq; alijs ædificijs fecisse uideremus. Extant & Albæ in hortis S. Pauli antiquissimi amphitheatri uestigia. Fortuna & Equestris ædem, apud amphitheatrum, à Fulvio Flacco positam esse Luius secundo questris. quintæ dec. his uerbis declarat: Q. Ful. Flaccus censor ædem Fortunæ equestris uouerat, faciebat enixo studio ne ullum Rome amplius, aut magnificentius templum esset, magnum ornamentum se templo ratus adiecturum, si tegulae marmoreæ essent, projectus in Brutios Iunonis Laciniæ ad partem dimidiā detegit, id satis fore ratus ad tegendum quod ædificaretur. Fortunam autem pluribus in locis templa habuisse testatur Tacitus septimo libro.
In via Labicana fuit *Quietis* ædes.

*Quietis
ædes.*

De Esquilinis. C A P . IX.

Esquiliæ in plures partes à M. Var. diuisas esse dictum est: & quia ipsius uerba non modo earum partium nomina, uerum etiam unde denominatae sint Esquiliæ, declarant, subtexere hic non grauabor. Secundæ, inquit, regionis Esquiliae, alij has scripserunt ab excubijs regis dictas, alij quod exulta à rege Tullo essent: huic origini magis conueniunt luci uicini, quod ibi lucus Fagutalis, & Larium, Querquetulanum sacellum, & Lucas Martis, & Iunonis Laciniæ, quorum angusti fines, Esquiliæ duo montes habiti, quod pars Cispius mons suo antiquo nomine etiam nunc in sacris appellatur. In sacris Argeorū scriptum est sic: Oppius mons princeps esquilinum lucū fagutalem sinistra, quæ sub moerum est. Oppius mons terticepsos lucū esquiliū dexterior uia in Tabernola est. Oppius mons quadricepsos lucū Esquiliū uiam

η 7 dext^e

dexteriorem in figulis est. Septius mons quinticepsos illucum patiliū, ex quibus est. Cispinus mons sexticeps, apud eadem Iunonis Laciniæ, ubi æditimus habere solct. Hæc autem montium nomina Aduentiorum Ducum fuisse, memoriae proditum est, qui eos ante urbem conditam coluerre. His etenim Varroni opinionibus, alteri quidem suffragantur Ouidij hæc carmina,
Adde, quod excubias, ubi rex Romanus agebat,

Qui nunc Esquilias nomina collis habet.

Alteri uero M. Cato, qui ait Esquilias ab excubijs, sed quas Romulo Lucumo dedit xii. lictorum, & ccc. armatorum ad corporis custodiam, simulq; dignitatem, cum T. Tatius in fide societatis non sine suspicione esse uideretur. Alij ab aucupibus, quod ibi quisquilijs sparsis aues illuderentur. Volunt tamen eam partem, quæ secundum uiam Labicanam, hinc ad sanctorum quadraginta Martyrum, & Clementis, inde ad S. Petri in Vinculis, & Martini in montibus ecclesiæ perducit, Carinarum nomen habuisse, quod Liuius probat, cum sexto belli p. inquit: Media urbe per Carinas Esquilias contendit, ubi unum ab altero diuidit. Et quoniam hæc pars, antequam Ser. Tullius Esquilias augeret, prima urbi erat iuncta, ab ipsa recte ausplicaturi uidemur.

De Carinis, Curia Veteri, & Noua. C A P. x.

Carinæ sunt ædificia facta in modum Carinarum: quæ erant intra templum Telluris, autor Ser. Lautas dixit Poëta, aut propter elegantiam ædificiorum, aut propter Augustum, qui natus est Cunis ueteribus, & nutritus in locis, tuis in lautis Carinis. Quo in loco uidendum ne apud Ser. Vlubris,

Vlubris, non cunis, sit legendum. Scribit enim Porphyrio Augustum nutritum esse in aucto suburbano iuxta Velitras, locumq; Vlubrem appellari: quāquam, ut dixi, Suet. Vlubris: uelit ipsum natum ad capita Bubula. & Porphy. nutritum, non natum scribit. Carinæ, inquit Var. postea ceriona, quod hinc oritur caput sacræ uiae ab Sterniæ facello. In ea autem parte Carinarū, ubi nunc apud eadem S. Petri ad uincula fornices maximos, inter ruinarum uastitatem, contra amphitheatrum extare cernuntur. Curiam ueterem fuisse autumat Blon. Fuerunt & Nouæ proxime compitum fabricium ædificatæ, quod parum amplæ erant ueteres à Romulo factæ, ubi is populum, & sacra in partes xxx. distribuerat, ut in ijs ea sacra curarent, quæ quādo ex ueteribus in nouas euocarentur, septem curiarum per religionē euocari nō poterant, ita quod Foriensis, raptæ, uelliensis: uelitiæ res diuinæ fiunt in ueteribus curijs, auctor Sex. Pomp. Curia in qua habebatur senatus templum fuit. hinc Vir. hoc illis Curia templum. Quod autem hæ, quas Blon. dicit Veteres, sint à Romulo ædificatæ, nō sequitur, quia fuissent extra urbem à se cōditam, & Romulum in urbe curiam fecisse omnī est opinio. Arbitramur igitur aut nouas fuisse, aut ueteres appellatas ratione alias, longo tempore post, quæ fuerunt ædificatæ.

De thermis Titi, & Philippi, Statua Laocoontis, Palatio Vespasiani, domo Balbini, & Pompej.

C A P . X I .

Thermarum autem Titi Imp. uestigia nō longe ab ecclesia S. Martini in montibus uisuntur: sunt enim cisternæ, quæ hodie Capaces dicuntur, uulgo Septent n 3 Salæ,

Salæ, à numero cisternarum septem adhuc existentium. Magnum ambitum amplectebantur: quarum fornices quidam stant in hortis diui Petri in vinculis. Has autem Titū maxima celeritate absoluisse dictum est. Hac quidem domus Aurea Neronis prius deducta erat, ut testatur Mar. his carminibus,

Hic, ubi miramur uelocia munera thermas,

Abstulerat miseris tecta superbis ager.

In his thermis duo marmoris frusta inuenta sunt, in quorum altero erat flamma sculpta, cum hoc titulo,

IOVI. In altero uero:

VESPASIANVS AVG. PER COLLEGIVM PONTIFICVM FECIT.

Hinc haud procul anno M. D. VI. Felix ciuis Romanus in uinea sua Laocoontis Statuam reperit, ea specie, qualis à Poëta describitur: de qua Plin. sic meminit: Laocoonton in Titi Imperatoris domo, opus omnibus, & picturæ, & statuariæ artis præponendum: ex uno lapide eum, & liberos, draconumq; mirabiles nexus de consilijs sententia fecere summi artifices Agesander, & Polydorus, & Athenodorus Rhodij. Nunc autem uisitetur in Vaticani Palatiū Veneno Palatum Vespasiani, & Titi apud easdem Thermas: spasiani. post quas inter ortum, & boream in supercilio montis Philippi ther apparent ruine ingentes Thermarum, ut uolunt, Philippi me. Imp. Quidam putat supra thermas Titianas, iuxta prædictæ Therme Haeciam ecclesiam S. Martini, fuisse thermas Hadriani, arguadriani. mento quod ibi repertæ sint duæ Statuæ Antinoi pueri Antinous Hadriano Imp. dilectissimi: & quod locus hodie Hadria. puer. nclus

nelus nuncupetur. Domus Balbini, inquit Lanpridius, etiam nunc Romæ ostenditur in Carinis magna, et potens, et ab eius familia hucusq; possessa. In eisdem Pompeium domum habuisse autor Tran. in Tib. et in libro de grammaticis, ubi Lenæus Pompeij libertus grammaticam docuit.

De Cliuo Virbio, & Domibus Ser. Tullij, Aurea Neronis, Vergili, ac de Turri Mecoenatis, & Hortis, simulq; de Fortunæ, & Felicitatis templo. C A P . X I I .

Ea autem Esquiliarum pars, quæ plurima ecclesiæ S. Laurentij in Fontana impinet, Cliuus Virbius est Virbius clia appellata, ubi lucus Fagutalis, quo in loco Scrutulius. Tullius. illum domum habuisse uisum est supra, ubi de uico Scele rato egimus. Domus Aurea Neronis totum id spatij occupauit, quod est ab ea Palatiij parte, quæ nunc S. Gregorij ædem è regione habet, recte ueniendo per Constantini arcum, Colosseum, atque Carinas, quo usq; in Esquiliis, paulo ultra S. Mariæ Maioris ecclesiam perueniamus, et Mecoenatis attingamus hortos. qd' probat Cor. Tac. his uerbis: Eo tempore Nero Antij agens, non ante in urbem regressus est, quam domui, qua Palatiū, et Mecoenatis hortos continuauerat, ignis propinquaret: neq; tamen fisti potuit, quin et Palatium, et domus, et cuncta circum hauriretur. Et infra: Cæterum Nero nixus est patriæ ruinis extruere domum, in qua non tam gemme, et aurū miraculo essent solita pridem, et luxu uulgata, quam arua, et stagna, et in modū solitudinū, hinc sylue, inde aperta spatia, et prospectus. Suet. Nero, inquit, do-

mū à Palatio Esquiliis usq; fecit, quā primo Trāsitoriā, mox incendio absumptā, restitutamq; Auream nominauit. Huius autem amplitudinem ostendit ille, qui dixit, Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si non & Veios occupat ista domus.

Tanta quidem fuit eius laxitas, ut porticus triplices mihiarias haberet: item stagnum maris instar, circumseptum aedificijs ad urbium speciem. rura insuper aruis, atq; uinetis, & pascuis, sylvisq; uaria cū multitudine omnis generis pecudum, & ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis, unionumq; conchis: erat coenationes laqueatae, tabulis eburneis uersatilibus, ut flores fistulis, & unguenta desuper spargerentur: præcipua coenationum rotunda, quæ perpetuo diebus, ac noctibus, uice mundi, circumageretur. Balneæ marinis, & albulis aquis fluentes. Huiusmodi domum cum absolutam dedicaret, haec tenus comprobauit, ut se diceret quasi bominem tandem habitare cœpisse: in cuius uestibulo stabant, ut diximus,

Colossus so= eiusdē principis Colossus altitudine c. xx. pedum, qui eo defuncto mutato nomine Soli fuit dicatus. hunc Zenedorum è Gallia accitū fecisse tradit Plin. statuarumq; molles turribus pares colosso uocari, Sex. Pomp. à primo inventore Colossum denominatum scribit. Idem Plin. com-

Fortunæ memorat Neronem in domo aurea aëdem Fortunæ incluēdes. sisse, quæ ex lapide sphengite translucens foribus clausis claritatem diei intus haberet, hancq; prius à Ser. rege sacratam, & Sciam à segetibus appellatam. Apud thermas Diocletiani, secundum eam uiam, quæ nunc est ab ipsis ad S. Antonij aëdem, loco Esquiliaru editissimo, fuit celeberrima

rīma illa Mecoenatis Turris, ex qua crudelissimus Nero Turris Mecoenico habitu aliosim Troie canens, urbis incendium coenatis. spectauit: cuius incendij initium ab ea parte circi Maximi originē habuit, que Palatino, Cœlioq; montibus cōtingua est, finis autē ad imas Esquilias, autor Suet. quāquam Cor. Tac. uult Neronē Antij tunc fuisse, ut uisum est. De hac turri sic meminit Hor. Molem propinquā nubibus arduis omittē mirari. ubi interpres in Mecoenatis hortis statuit, qui amoenissimi erant in campo Esquilino, de quibus Suet. hæc habet uerba: Deducto in forū filio Druso statim è Carinis, ac Pōpeiana domo in hortos Mecoenatis transmigravit. In his colebatur Priapus, ut idem Hor. Saty. octaua innuit, cum inquit: Nunc licet Esquilijs habitare salubribus. Virgilius apud hos hortos domū habuit, quam secessu Campaniae, & Sicilie plurimū uteretur. Felicitatis tēsit Nero. Supra Mecoenatis hortos Tarquinij Aggeres plures adhuc apparent. de quibus Plin. ita scribit: Clauditur urbs Tarquinij ab oriente aggere Tarquinij superbi inter prima opere aggeres. mirabilis. namq; cum muris æquauit, quā maxime patebat aditu plano, cætero munita erat excelsis muris, aut abruptis montibus, nisi q; expatiantia tecl a multis addidere urbes. De his uero Aggeribus perperam sensit Blon.

De Basilica Sisimini, Campo, & Foro Esquiline, Luco Querquetulano, Iunonis Laciæ, & Martis, ac de Fano, & Ara Malæ Fortunæ. CAP. IIII.

Basilica Sisimini ciuis Romani apud ædem S. Marie Maioris fuisse memorant. Campum uero Esquiliū, Campus Ensis ab Esqui quilinus.

ab Esquilijs denominatū, prope Mecoenatis turrim, inter montem super aggere & urbis moenia, quo in loco apud priscos cadauera sepeliebantur. hinc Cic. ait, Senatū eent- sere, atq; è rep. existimare Aedilium curulum edictum, quod de funeribus habent Ser. Sulpitij, Q. F. Lemoniae Rifi funeri mittere: utiq; locum sepulchro in campo Es- quilino C. Pansa Cos. seu quo in loco uidetur, pedes tri- ginta quaque uersus designet, quo Seru. Sulpitius infra- tur: quod sepulchrum ipsius liberorū, posteriorumq; eius fit. Hunc autem campum nunc Focalum uocant, ab anti- quis ustrinis. Nam prisci cadauera ibi comburere solebāt: cuius rei nidor cum urbi esset pernicioſissimus, Augu- stus studuit aérem emendare, & S. P. Q. R. consensu campum illum Mecoenati concessit, ubi ille, ut dixi, hor- tos suos fecit. In his quidam scribunt inuentum marmorum cum indice huiusmodi:

**CVRTIA L. PRAPIS CVIUS PARS, DI-
MIDIA HVIVS MONVMNTI CONCES-
SA EST AB C. MECOENATE HELIO
SIBI ET P. CVRTIO SP. F. COL. MAX.
FILIO ET TI. IVLIO AVG. L. GLICONI
ET SVIS POSTERISQVE EORVM.**

Illud autem notandum Plin. uelle, ante Syllam, neminem crematum esse, eumq; ideo cremari uoluisse, qui reli- quias Marij apud Anienem cum dissipari iubisset, uere- batur ne suæ hostibus itidem ludubrio essent. Si de patri- cijs intelligimus, uerum est, nam prius cremari cōsueuisse ostendit

ostendit Terentius in And. In campo Esquilino Claudio
Imp. ciuitatem Romanam usurantes securi percussit. Fo= Esquiline
rum Esquiline in Esquilijs. Appianus. Dum Marius, forum.
& Sulpitius ad Esquiline forū illi occurserunt. Hac autē
pars, quæ pertinet ad collēm Viminalem, habuit Lucum **Lucus quer-**
Querquetulanum, & Iunonis Laciniae, de quibus supra, querulanus.
sicut apud Ouid. his cœrminibus, fit mentio,
Monte sub Esquilio multis in cœdus annis
Iunonis magnæ nomine lucus erat.

In eisdem Esquilijs Fanum, & Ara Malæ Fortunæ. Fanum male
de Fano meminit Plin. de Ara uero Cic. in libris de nat. Fortunæ.
de. his uerbis: Aram Malæ Fortunæ in Esquilijs uide=
mus. In eo autem supercilio Esquiliarum, qui imminet
templo S. Laurentij in Fontana circum fuisse putauit Ful.
argumento quod formam circi uestigia ostendant. Sed
conuallis illa inter Viminalem, & Esquilias non facilem
locum circo præstare uidetur, interclusisset enim Vicum
Patricium, uel Suburrae partem, neque magis circi, quam
maximarum domorum illa sunt uestigia, cum ibi Seru.
Tullius habitauerit, habitauerint & Patricij, à quibus
vicum nomen adeptum esse, ostendimus. In ea autem
via, quæ ad portam Interraggeres ducebat, in ipsis Tar=
quinij aggeribus, Gordiani Arcus steterat, marmoreis or=
namentis triumphis insculptis conspicuus, cuius marmo=
ra ad Palatijs S. Georgij in Damaso substructionem fue=
re translata.

De Cliuo Suburrano, Arcu Galieni, Macello
Libyæ, Via Prænestina, & Marj Tro=
phæis. CAP. XLI.

In capite

Arcus Galieni. **T**N capite Suburrae securt cliuus ab ipsa Suburra Subauranus appellatus, in Esquiliis facilem præbēs ascen-
sum. Recta mox, apud ædem S. Viti, occurrit Arcus triū=phalis Galieni Imp. ex Tiburtino lapide haud multis or=namen=tis insignis, in quo legitur tantum hic titulus:

GALIENO CLEMENTISSIMO PRINCIPI CVIVS IN VICTA VIRTUS SOLA PIETATE SVPERATA EST M. AVRELIVS VICTOR DEDICATISSIMVS NVMINI MAIESTATIQVE EIVS.

Macellum. Prope fuit Lybie, siue, ut scribit P. Victor, Liuianum Macellum, à quodam Macello denominatum, qui in urbe latrocinium exercebat, quo damnato Censores Aemilius, et Fulvius statuerunt ut domus eius publicaretur, uenderenturq; ibi obsonia, autor Plut. in Prob. Var. ue-ro, præter hanc, aliam ponit huius nominis etymologiā. Hæc omnia, inquit, postquam contracta in unum locum, que ad uiculum pertinebant, et ædificatus locus Macellum appellatus, ut quidam scribunt, quòd ibi fuerit hortus. Alij quòd ibi domus fuerit, cui cognomen fuerat Macellum, que publice fit diruta, et ædificatū hoc, quod uocetur ab eo macellum. Prænestina autem via, ad Esquilinam dicens portam, hinc principium sumit, in qua à sinistra occurrit semidiruta moles lateritia: in ea erecta sunt duo marmorea Trophæa, id est trunci cum spolijs, quorum alterum habet thoracem cum ornamen-tis, et clypeis, et ante se imaginem captiui iuuenis bra-chijs

Trophæa Marij.

chijs post tergum uinctis: alterum uero instrumenta omnia ad pugnandum, & clypeos, quæ fuisse dicuntur C. Marij de triumpho Cimbrico erecta. Hæc sunt quæ à Sylla disiecta, C. Cæsarem dictatorem instaurasse memorat Suct. Locus hodie ab incolis Cimbrum uocatur. Erant autem Romæ pluribus in locis trophyæ. Marij autem duo, ut testatur Val. Max. Trophyum enim dixere Trophyum saxum, aut arborem decisum, ut inquit Poëta, ramis, aut quid. arcum, aut columnam erectam, cum aliqua in laudem uictoris inscriptione. Truncatis ait Suet. arboribus, & in modum trophyorum adornatis. Plut. conqueritur imprudenter simul, & aspere nimis egisse primos ex Grecis, qui trophyæ aut marmore incisa, aut ære sculpta facientes odium simul & bellum à conseruata uicti ignominia perpetuum reddidissent. Fiebantur trophyæ locis eminenteribus. Sal. de Pompeio. Deuictis Hispanis, trophyæ in Pyrenœis iugis constituit.

De domo Aeliorum, Sacello Mariano, Regione Tabernola, Thermis, & domo Gordiani, Basilica Caij, & Lucij, ac de Palatio Liciniano. CAP. xv.

Domus Aeliorum, inquit Val. Max. ubi nunc sunt Marianæ monimenta, & Sacellum Marianum, in quo illud S. C. de reditu Ciceronis in patriam, Lentulo Cos. referente, factum est. Hinc ea tota Esquilarum pars, quæ est plana, Esquilias inter, & Cœlium montem, basiliamq; Lateranensem, uergit, hodie dicitur Merulana pro Mariana: apud ueteres regio Tabernola dicebatur, ut refert

Tabernola. ut refert Var. his uerbis: Esquilinus dexterior uia Tabernolæ. A sinistra, uia prænestina, prope S. Eusebij templum Thermae, & domus Gordiani Imp. fuere, de quibus Capitolinus ita loquitur: Domus Gordianorum etiam dianorum. nunc extat, uia Prænestina ducentas columnas uno stilo habens, & Thermas quales, præter urbem, nusquam haberet orbis terrarum, quod ruinæ multæ, ac ingentes, etiam nunc ostendunt. Inter portam Esquilineam, & Naevium haud procul à mœnibus, uetus, insignisq; edificij ruinæ spectantur, & inter has concameratus fornix penè integer, quo post Pantheon nullus nunc in urbe maior: locum hūc Galutij thermas uulgò uocant. Fuit autem insignis illa Basilica, & Porticus, quam Cæsar sub nomine nepotū Caïj & Lucij erexit. Haud hinc procul, iuxta S. Balbinæ ædem, ad ursum Pileatum, fuit Palatium Licinianum.

De Aqua Marcia, siue Traiana: & Isidis Templo. C A P . X V I .

AQuæ autem Marciae ductus super Taurinam transiens portam per Esquiliñū campum ad Dioclitiani Thermas primum, dcinde in proximos colles, ut uestigia ostendunt, perducebatur. De aqua ipsa sic loquitur Plin. Clarissima aquarum omnium toto orbe frigoris, salubritatisq; palma præconio Marcia est, inter reliqua Aufelia aqua. deum munera urbi tributa. Vocabatur hæc quondam Aufelia. Fons autē ipse Piconia, oritur in ultimis mōtibus Pelingorū, transit Marsos, & Fucinum lacum Romā haud dubie petens, mox specu mersa in Tiburtina se aperit. Primus eā in urbem auspiciatus Ancus Martius unus ex regibus.

gibus. Postea Q. Marcius rex in prætura deduxit, rur= susq; restituit M. Agrippa. Frontinus hāc via Valeria ad miliarium xxxiiii. suo tempore in Auentinū à Traiano deductam, et ab eo denominationē habuisse docet: Mar= ciāmq; potui, reliquas uero alijs usib; aſsignat. Plin. autē natationi, Virginem uero tactu p̄fūlūſſeſcribit. In fron= tis p̄fūlūſſeſcribit. In frontispicio autem portæ Esquilinæ ita legitur:

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONI= NIVS PIUS FELIX AVG. PARTH. MA= XIM. BRIT. MAXIMVS PONTI= FEX MAXIMVS AQVAM MAR= CIAM VARIIS KASIBVS IMPEDI= TAM PVRGATO FONTE EXCISIS ET PERFORATIS MONTIBVS RESTI= TVTA FORMA, ADQVISITO ETIAM FONTE NOVO ANTONINIANO IN SACRAM VRBEM SVAM PERDVCE= DAM CVRAVIT.

IMP. TITVS CAESAR DIVI F. VESPA= SIANVS AVG. PONTIF. MAX. TRI= BVNICIAE POTESTAT. IX. IMP. XV. CENS. COS. VII. DESIG. RIVOM AQVAE MARCIAE VETVSTATE DILA= PSVM REFECIT, ET AQVAM QVAE IN VSV ESSE DESIERAT REDVXIT.

Huius

Huius autem aquæ Cor. Tac. ita meminit: Luxus, cupido infamiam, & periculum Neroni attulit: qui fontem aquæ Martis ad urbem deductæ nando incesserat. Isidis tem=

Isidis tem= plum in regione Esquilina ponitur à P. Victore.
plum.

De Suburra, Domo Cæsar, & Leliæ, ac de
uico Patricio. C.P. XVII.

PRISQUAM Viminalem collcm ascendamus, pauca quædam dicēda sunt de Suburra, & Vico Patricio. Suburra igitur principium habuit à Fo. Ro. & recta ue=niendo per forum Neruæ ad clium Suburanum, unde initium uiae Prænestinæ est, desinebat. Alij tamen (quod non probatur) à regione Tabernola supra Colosseum, ubi caput uiae Labicanæ est, inchoasse uolunt, & per E= squiliarum radices usque ad ædem S. Luciæ in Orpheo peruenisse. dicta quòd sub muro terreo Carinarum esset. Iunius uero scribit ab eo, quòd fuerit sub antiqua urbe. Var. autem à Pago Succusano litera detrita, & c. in b. mutata. De Suburra meminit Liuius tertio ab ur. cond. Iuuen. uicum frequentissimum fuisse his ostendit car= minibus:

Cædere nanq; foro iam non est deterius, quam
Esquilias à seruenti migrare Suburra.

Domus Cæ= In hoc uico Cæsarem Dictatorem domum habuisse Suet.
sar. sic probat: Habitauit prius in Suburra modicis ædibus: Et meretrices quæstum corporis fecisse, sic Mar.

Famæ non nimium bona pueræ,

Quales in media sedent Suburra.

Ser. autem Tullius urbem in quatuor regiones diuidens unam ex his Suburanam appellauit, cuius princeps fuit
Cœlius,

Cœlius, autor Var. *Vicus Patricius*, oblique Esquiliæ à *Vicus Patri-*
Viminali ad Dioclitiani thermas propè usque disterni-
nans, à Patricijs est denominatus, qui iubente eodem Tul-
lio ibi habituere, ut, si quid molirentur aduersus ipsum,
ex locis superioribus opprimi possent. In hoc Læliam do-
mum habuisse ostendit idem Mar. cum ait: Sed domus in Domus Læ-
vico Lælia patricio.

liæ.

De Suburra Plana, Templo Syluani, & Testa
 mento militari Iocundi. C A P. X V I I I .

Viminialis autem collis ab occasu partem Quirinalis
 oppositan habet, & ualli interiacenti Planæ Subur-
 ræ fuit nomen, ubi, ad radices tamen Viminalis ferme è
 regione S. Agathæ, Syluani templum extitisse, cum ex
 marmoris frusto ipsius diui memoriam continent, tum ex
 militari testamento in Lusitania reperto, didicimus. quod
 pulcherrimum, memoratuq; dignum I A C O B I Simone-
 ta Episc. Pisaurien. & Rotæ auditoris clarissimi monie-
 tis, libuit hic subiungere.

I O C V N D I .

Ego Gallus Fauonius Iocundus, P. Fauonij F. qui
 bello contra Viriatum occubui, Iocundum, & Prue-
 dentem filios è me, & Quintia Fabia coniuge mea or-
 tos, & bonorum Iocundi patris mei, & eorum, que mihi
 ipse acquisiui, hæredes relinqu:o: hac tamen conditione, ut
 ab urbe Roma huc ueniant, & ossa hinc mea intra quin-
 quennium exportent, & uia Latina cōdant, in sepulchro
 iussu meo condito, & mea uoluntate. In quo uelim nem-
 nem mecum, neq; seruum, neq; libertum inseri. Et uelim
 ossa quorumcunque sepulchro statim meo eruantur, &

o

iura

iura Ro. seruentur in sepulchris ritu maiorum retinendis uoluntatem testatoris. Et si secus fecerint, nisi legitimæ ori antur causæ, uelim ea omnia, quæ filijs meis relinquo, pro reparando templo dei Syluani, quod sub Viminali monte est, attribui. Mancsq; mei à Pont. Max. & à flaminibus Dialibus, qui in Capitolio sunt opem implorent ad libera rum meorum impietatem ulciscendam. Teneanturq; sacer dotes dei Syluani me in urbem referre, & sepulchro meo condere. Volo quoq; Vernas, qui domi meæ sunt, omnes à Prætore urbano liberos cum matribus dimitti, singulisq; libram argenti puri, & uestem unam dari. In Lusitania in agro v i i i. Cal. Quintiles, bello Viriatino.

De templo Syluani meminit Vopiscus. In eadem autem ualle fuere decem tabernæ, ita à numero denominatæ, quemadmodum apud ædem S. Agathæ effossi Tiburtini lapides indicarunt. Puteus diuæ Probæ, quem Proba fecit, iuxta ædem S. Marie, cognomento in Campo.

* De Viminali, Palatio Decij, Lauacro Agrip
pinæ, Thermis Olympiadis, & Nouati,
ac de domo Q. Catuli Crassi, &
C. Aquilij. C A P. XIX.

Viminalis autem inter Esquilias à M. Var. connue meratur, collemq; nō montē appellat, à Ioue Vimineo, quod eius aræ ibi essent, & quod ibi uimina nata. Angustam sed oblongam formam habere in situ urbis expositione uisum est. In primo autem cliuo, apud S. Laurentij in panis vernæ ædem, Decij Imp. Palatium fuisse inuenio, & ruinæ ingentes ostendunt. Hinc haud procul, in ea parte, quæ S. Vitalis despicit ecclesiam, Lauacrum Agrip

Agrippine matris Neronis, ubi superioribus annis duo simulacra Bacchi reperta fuere, cum hoc indice:

I N L A V A C R O A G R I P P I N A E .

At, quæ Suburram, Thermae Olympiadis ponuntur ab ijs, qui Beati Laurentij gesta narrant. Nouatianæ uero ubi S. Pudentianæ templum. Blon. tamen unas potius putat, quam duas. Sed Olympiadis in montis supercilio existant uestigia, ad radices uero Nouati: quas paruas fuisse canales fuliginosi, qui nunc sunt in eadem, aperte ostendunt. Habuit Viminalis inter cætera, tres nobilissimas domos: unam M. Craßi: aliam Q. Catuli illius, qui cum Mario Cimbros fudit, ac Capitolij tegulas inaurauit. Tertiam uero C. Aquilij equitis Romani, quem clarissimum iuris ciuilis scientia fecit. harum domorum uestigia ex fundamentis uinetis contextis in dorso eiusdem montis adhuc cernuntur. In eodem colle fiebat olim sacrificium nomine Fagutal, ut memorie prodidit Antistius Labeo.

De Thermis Dioclitiani, Bibliotheca Ulpia,
Campo Viminali, porta Interraggeres,
& ualle Quirinali. C A P . x x .

Thermæ Dioclitiani in dorso Viminalis maior ex parte dirutæ adhuc cernuntur. Fornices tamen amplissimi existentes, & columnæ, atq; concamerata loca mire amplitudinis, & capacitatis operis magnificentiam fas declarant. Has Dioclitianus, & Maximianus Herculeus Imp. inchoarunt, in quibus extruendis memorant x L. millia Christianorum pluribus annis in modum scrutij habuisse. Inchoatae igitur à ueteribus principibus à

o 2 nouis

nouis Constantio, & Maximiano dedicatae fuere, & statuis proprijs, conditorumq; erectis exornatae, ut marmor ibi effossum ostendit huiusmodi titulo:

M. AVRELIUS VAL. MAXIMIANO INVICTO AVG. PONT. MAX. IMP. VIII.
COS. III. P. P. P.

In altero uero haec legimus:

THERMAS DIOCLETIANVS A VETERIBVS PRINCIPIB. INSTITVTAS OMN.

Item:

D. D. N. N. DIOCLETIANVS ET MAXIMIANVS INVICTI SENIORES AVGUSTI PATRES IMPERATORVM ET CAESARVM CONSTANTIVS ET MAXIMIANVS INVICTI AVGG. ET SEVERVS ET MAXIMIANVS NOBILISS. CAESARES THERMAS FELICES DIOCLETIANI AVG. FRATRIS SVI NOMINE CONSECRAVIT COEPTIS AEDIFICIIS PRO TANTI OPERIS MAGNITUDINE OMNI CVLTV PERFECTAS ROMANIS SVIS DEDICA.

Quam autem insano sumptu extruerentur docet Sen. his uerbis: At nunc quis est, qui sic lauari sustineat? pauperi sibi

per sibi uidetur, & sobrius, nisi parietes magnis, & pre-
tiosis orbibus resulserunt, nisi Alexandrina marmora nu-
midicis crustis distincta sunt, nisi thasius lapis, quondam
rarum in aliquo spectaculum templo, piscinas nostras cir-
cundedit, in quas multa sudatione corpora exanimata di-
mittimus, nisi aquam argentea epitonia fuderint, & ad-
huc plebeius fistulas loquor? Quid cum ad balnea liberti-
norum peruennero? quantum statuarum? quantum colum-
narum est? nihil sustinentium, sed in ornamentum posita-
rum, impensa causa: quantum aquarum per gradus cum
frigore labentium. Hinc Iulius Capitolinus: Lauacra in
modum prouinciarum extructa. Bibliothecam autem Vul- Bibliotheca
piam Hadrianus in Dioclitiani thermas posuit, & in eall Vulpia.
bros linteos, elephantinosq; principum gesta, & S. C.
conscripta, autore Pollione. De hac etiā Vopiscus ita me-
minit: Vsus sum p̄cipue libris ex bibliotheca Vulpia, &ta
te mea thermis Dioclitianis. & alibi: Bibliotheca Vulpia
elephantini pugilares in sexto armario siti. Sunt qui huius
modi constitutionem Traiano ascribāt. In uinea enim po-
sita inter ipsas thermas, & uiam ad portam Numenantanam
ducentem, me spectante repertū est facellum, cuius testu-
do in morē conchæ marinæ sculpta, ex duobus frustis mar-
moris candidissimis, constabat. huius autem ornamenti con-
templatus, cui deo esset dicatus, nullo potui signo com-
prehendere. Post thermas, sub aggere Tarquinij, Vimina-
lis cāpus usq; ad moenia diffunditur, ubi porta Interrag Interraggea-
geres clausa adhuc cernitur: quanquā nobis placet ipsam res.
in Esquilino campo sitam esse. Inibi autem fuerat puteus
aque salientis, qui dicebatur puteus Viuarij, quo nomine

O 3 nunc

nunc appellatur campus ille ab incolis, qæ eo in loco apud antiquos animalia includerentur. Extant adhuc ad moenia cœnæ opera hominum ad id factæ, ueluti ferarum latibus la. Hæc de Viminali, qui licet à thermis Diocletiani ad moenia, hinc cum Esquilijs, inde cum Quirinali iungatur: pars tamen, quæ est à Diocletiani usq; ad Constantini ther mas, diuiditur ualle, quæ Quirinalis dicitur: de qua meminit Luue. cum inquit: Officium cras Primo sole mihi peragendum ualle Quirini. Et alibi: In ualle descendere Quirini. In hac ferunt Ronulū cum cœlum ascenderet, Iulio Proculo Alba redeundi ante lucem apparuisse. Sunt autem qui uelint in cliuo montis, supra ædem nunc S. Vitalis. In eadem ualle fuit Fortune Publicæ ædes. de qua Ouid. sunt hæc carmina:

Qui dicit, quondam sacrata in colle Quirini

Hac Fortuna die publica, uerus erit.

Montem nunc Caballum Quirinalem esse, contra Blondi opinionem. C A P . XXI.

DEscriptis quinq; motibus ex septem, quos urbs Roma complexa est, restat citra T yberim ultimus Quirinalis, cuius ædificia priusquam attingamus, libet contra Blondi opinionem eum esse, qui uulgo mons Caballus dicitur, demonstrare: et quanquam diligenter consideratis ijs, quæ de urbis ampliatione scripta sunt, quisq; in nostram sententiam facillime ueniet, tamen ad ea hæc addimus, quod P. Victor, postquam Esquiliā regionem, cum turri, et colle Viminali in quinto regionum statuit ordine: in sexto altam scemitam ponit, et in eo domum Pomponij Attici, cæteraq; omnia, quæ ex uarijs rationibus, et auctori

autoribus in Quirinali fuisse traduntur, in ea inquam parte, quæ à Blondo inter Esquilias est cōprehensa: quod si, ut ipse uult, accipimus collēm, quem nos hortulorum dicimus, Quirinalem esse, multa sequentur inconuenientia: uerum illud maxime, quod Campus intra urbem receptus uideretur, quem extra fuisse dubium est nemini. unde Appianus ait Cæsarem exercitū proprius urbi admouisse, in campum, qui Martius diceretur. Præterea cum Diony. libro secundo inquit, inter Quirinalem, et Capitolium castra posuit, satis innuit Caballum montem Quirinalem esse: non enim aliter procederet castra inter ipsos montes posita esse, si eum in Esquilijs statueremus. Huic opinioni suffragantur et quæ sequuntur, eiusdem autoris uerba: Vrbem maiorem effecere adijcentes Quirinalem, et Cœlium. Romulus quidem Palatium occupans, et Cœlium Palatio propinquū. Tatius uero Capitolium, quod ab initio ceperat, et Quirinalem rupem. Quare non sit uerisimile Tatium interiecta, secundum Blon. Esquiliarum parte, secundum nos Quirinali, collēm hortulorum occupauisse. Insuper si Mecoenatis horti in monte caballo fuerant, qui erat necesse, quod ait Suet. Tiberio deducto filio in forum, inde in Carinas, et in domum Pompeianam puenire, ut hinc in illos transmigraret, cum rectior, breuiorq; esset uia à sinistra, quam à dextera. Ad hæc natura loci satis ostendit Blon. non bene de Quirinali sentire. Miror autem Pomp. Letum in frontispicio domus sue, in Esquilijs scripsisse, cum in eius monumentis eum collēm, ut Quirinalem agnoscat, sed iam ipsius etymologiam, et quid in eo sit, aut fuerit, uideamus.

ANTIQUAE ROMAE TOPOGR.
 De Quirinalis etymologia, Turri Militiarum,
 Balineis Pauli, Sacello Neptuni, Ther-
 mis Constantini, & de domo, &
 Vico Corneliorum.

C A P. XXII.

Montis Quirinalis etymologiam docet Var. his uerbis: Tertiæ regionis colles quinq; à deorum fânis appellati, è queis nobilissimâ Viminalis, à Ioue Vimî neo: Quirinalis, à Quirini Fano. Varronē secutus Ouid. in Fast. alt:

Templa Deo faciunt, collis quoq; dictus ab illo est:

Et referunt certi sacra paterna dies.

Sunt autem qui à Quiritibus, qui cum Tatio Curibus uenientes ibi castra posuerunt, eam denominationem acce-
pisse uelint. Collis est oblongus, sicut Viminalis, sed eo am-
pliorem habens ambitū, quod etiam (ut quibusdam placet)
cōpleteatur eum collem, qui est à Collina ad Collatinam
portam, in quo iacet obeliscus Aegyptiacis literis inscri-
ptus, Luna, ut ferunt, dicatus. Et secundū uero latitudinem
Viminalis porrigitur à Septentriōe in meridiem instar cur-
uati ad cubitū brachij, usq; ad turrim nunc Comitū: unde
exordiri ex situ urbis descriptione optime conuenit. In
primo igitur cliuo, supra forum Traiani, statim occurrit

Turris mili- Turris Militiarum, cui milites Traiani, ibi stationem olim
tiarum. habentes, nomen fecere: quo in loco, inferius tamen, extat
triplici concameratione fornices, & in hemicycli forma
cryptoporticus, à fronte caueam theatram reddentes,
prope quæ loca effossa fuere marmora hoc titulo notata:

Poten-

POTENTISSIMA DOS IN PRINCI
PE LIBERALITAS, ET CLEMENTIA.

Haud ita multo post, eodem cliuo Balinea Pauli stetisse Balinea ferunt: qui locus corrupto uocabulo Bagnanapoli nunc Pauli. dicitur. In descensu uero eius partis Quirinalis, cui Pla= nam Suburram subiacere scriptum est, in hortis Leonardi Bartholini stat adhuc facellum uariorum piscium, mari= narumq; concharum nobili pictura eleganter exornatū, quod ex ipsa pictura Neptuno sacrum fuisse suspicari li= Sacellum cet. Hinc autem in septentrionem quis progrediens, in ma Neptuni. ximū olim ædificij illico incidet ruinas, quas licet domum Corneliorum reliquias esse multi opinentur, fornices ta= men amplissimi, & concamerata loca ingentia, nō aliam, quām thermarum ostendunt formam: quòd si consueuerent principes omnia sui monumenta uno in loco ædificare, di= cimus statuas Constantini pedestres, militari habitu, qua= les in numismatibus ipsius uidimus, nunc in angulis basis equorum Phidiæ, & Praxitelis stantes, argumento esse thermas Constantini ibi fuisse. Domus uero Corneliorum in uico eiusdem gentis adhuc retinenti nomen. Sed ad Thermae Cō thermas redeamus, quas Ful. autore Apollodoro, & Marstantini. cellino asserit à Constantino extrudatas esse. At Marcel= Corneliorū linus de Lauacro constantiano tantum meminit, neque uicus. apud ueterem scriptorem ulla appareat ratio cur pro cer= to teneamus, has Constantinum excitauisse, præter il= lam, quam diximus, & quod in his olim legebatur ta= lis inscriptio:

O S PE

218 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
PETRONIVS PERPENN NA MAGNVS
QVADRATIANVS V. C. MI. PRAEF.
VRE. THERMAS CONSTANTIANAS
LONGA INVRIA ET ABOLEND AE
CIVILIS, VEL POTIVS FOEDALIS
CLADIS VASTATIONE VEHEMEN-
TER AFFLICTAS ITA AGNITIONE
SVI EX OMNI PARTE PERDITA DE-
SPERATIONE CVNCTIS REPARATIO-
NIS AD FERRANT DEPV TATO AB
AMPLISSIMO ORDINE PARVO SVM-
PTV QVANTVM PVBLICAE PATIE-
BANTVR ANGVSTIAE AB EXTREMO
VINDICAVIT ET PROVISIONE LON-
GISSIMA IN PRISTINAM FACIEM
SPLENDORE MQVE RESTITVIT.

Et quod inuentum est marmor continens ipsius Constantini memoriam huiusmodi:

Q.F4

Q. FABIUS HONORATVS T. ANNAEVS
 PLACIDVS AMPLIFIATORI VRBIS ROMAE
 DOMINO NOSTRO
 CONSTANTINO MAXIMO PIO FELICI VI
 CTORI AC TRIVM^z
 PHATORI SEMPER
 AVG. ANITIVS PAVLI
 NVS IVN. V. C. CON= SORDANI VS PRAEF.
 VRBIS ET IVDEX SA CRARVM CONSTITV
 TIONVM PIETATI EIVS SEMPER DEDICA
 TISSIMVS.

De Saturni, Bacchi, Solis, & Quirini templo, &
 Porticu, Capitolio Veteri, Sacello Iouis,
 Iunonis, & Mineruæ, ac de domo
 Pomp. Attici. CAP. XXIII.

A Pollidorus, de quo proxime est mentio, memoriae prodiit, in uico Corneliorum fuisse statuas duas Colosseas senum seminudorū, qui cū reliquo corpore iacent, pectore fuerāt erecti, alteraq; manu cornucopiam tene

Saturni & tenerent, quas Saturno, & Baccho adiudicauit, addiditq;
 Bacchi. in proximis ruinis, quorū frontispitium non omnino cor-
 ruisset, eorum deorum extitisse templo. E' regione autem
 thermarum Constantini, in montis supercilio planam ur-
 bem despiciente, surgit marmorea dimidiata turris, Mesa
 uulgò appellata, quam Blon. Mecœnatis esse putat, quod
 Mesa syncopato nomine pro Mecœnativa dicatur. At
 multis rationibus supra patuit, Mecœnatis turrim sub Ag-
 geribus Tarquinij fuisse. Non desunt enim qui hanc tur-
 rim ponant inter ornamenta templi Solis ab Aureliano
 Imp. excitati, quod si non ibi, haud inde procul certe fuit,
 de quo Vopis. ita scribit: Aurelianus Romæ Soli templum
 posuit in maiori honorificentia consecratum. Ferunt qui-
 dam eius matrem Solis sacerdotem, & ob id solis tēplum
 in eius gratiam excitauisse. Nos uero in huius principis
 numismatibus legimus:

S O L I I N V I C T O.

In dorso montis, prope dictas thermas, E' qui duo marmo-
 rei, Praxitelis unus: alter uero Phidiae, ut tituli indicant:
 quibus equis astant uiri nudi loro eos trahentes. Tiridatis
 regis hos fuisse Sex. Ruffi urbis descriptio admonet. Ro-
 mam enim delati, quo tempore Nero, ut laute ipsum re-
 gem exciperet, uno die Pompeij theatrum inaurauit. Ea
 autem Quirinalis pars, quæ uallem Martiam despicit,
Capitolium Mons cum tēplo Clatræ, & Apollinis uocitata est. Haud
 uetus. ita multo post surgit collis alter, ubi Capitolium uetus,
 Sacellum Io facellum Iouis, Iunonis, & Minerue fuisse literis tradi-
 uis, Iunonis, tur, eaq; prius capitolinis condita. A' dextera, è regione
 et Minerue. horum locorum, prope S. Vitalis ædem Pomponius Atti-

CHS

cus domum habuit, cognomento Pamphilianam, ab autem Pomp. Attico hæreditate relicta, cuius amoenitas non ædificio, sed ciædes. sylua constabat, autor Corn. Nepos. Quo in loco Quiri Quirini tempi templum postea conditum fuit, ex cuius ornamentis in plumbum uinea Hierony. Genutij effossis structi sunt gradus in Capitolio, ad Areæcœli ecclesiam. Quirini autem templum omni tempore erat clausum, quod aperire non licebat, quasi arcanum habere uellent, humum ne iaceret, an in deorum numerum relatus esset. Quidam, prope Quirini templum, uolunt fuisse Porticum eiusdem nominis, quo conueniebant homines componendorum negotiorum causa, ibiq; aliquando sponsalia esse peracta, de qua porticus Mar. ita meminit, Vicini pete porticum Quirini.

De Alta Semita, Domo Sabini, Vico & Statua Mamurri, Foro & Hortis Sallustij, ac de Campo Scelerato, C A P . XXIIII.

Alta autem Semita à thermis Constantini ad portam Viminalem per Quirinalis dorsum erat producta, cuius uestigia (erat enim ex quadrato lapide strata) nuper in uinea Sadoleti uidimus ipsi: in eademq; ad Malum Punicum fuisse domum Flavi Sabini, in qua Domitianum Domus Sanaturū esse scribit Suet. ex Tiburtino lapide ibi effosso didi bini. cimus. In eo enim legi indicem huiusmodi:

INTER DVOS PARIETES PRIVA
TVS ADITVS FLAVI SABINI.

Extant in eadem uinea, uno lapide sculpta, tria deorum simulacra, quorum à sinistra sedens unum, Genio Cœlimon

limonteis, ut titulus ostendit, erat consecratum: Alterum à sinistra stans, Herculi Iulio: Tertium Ioui Cœlomon-teis. Visuntur ibidem, in radice montis, antiqui aquædūctus uestigia, cum aquis limpidisimis, et potui nō ingra-
Manurri uitis. Vicus autem Manurri, in quo illi statua fuerat pos-
cūs, et statua tā, apud ecclesiam S. Susannæ à diu Ambroſio colloca-
Forū et hor=tur: fuit enim haud procul à Sallustij foro, cuius Horti ab
ti Sallustij. eadem ecclesia ad campū Sceleratum, prope portam Col-
linam existentem, diffundebantur: in quibus hortis uolūt
fuisse aquas subterraneas hominum opera scaturientes ad
irrigandum ipsos hortos commodiſſinas. At de Hortis
Corn. Tac. meminit his uerbis: Ventitabat Nero ad pon-
tem Milium, quo solutius urbem extra laſciuiret. Igitur
regrediente per viam Flanunianam compositas infidias, fa-
toq; euitatas, quoniam diuerso itinere Sallustianos in hor-
tos remeauerit. Et Vopiscus de Aureliano loquens sic:
Displicebat ei, cum effet Romæ, habitare in Palatio, ac ma-
gis placebat in hortis Sallustij, uel Domitiae uiuere. Sallus-
tius enim patrocinio, et Cesaris fauore consecutus dici-
tur præturam Africæ interioris, ex qua diues factus, hos
hortos comparauit, et villam Tiburtinam, quæ illi à Cic.
identidem obiicitur. Extant adhuc hortorum uestigia in
profunda ualle inter montem, et viam quæ dicit ad por-
tam Salariam, cuius uallis partem hi horti cū cisternis oc-
cupabant: unde collis, in quo quota pars Domus Sallustij
conspicitur, ab incolis Salustricum dicitur: quo in loco
effossum fuit marmor cum hoc indice:

M.AV

M. AVRELIVS PACORVS M. COCEIVS STRATOCLES AEDITVI VENERIS HORTORVM SALVSTIANORVM BASEM CVM PAEMENTO MARMORA TO DIANAE D. D.

Vltra autē hos hortos, prope portam Collinam, locus est editus, ubi olim Vestales, quae incestum cōmisiſſent uiuæ ſepeliebantur, et totus ille campus, ſicut et uia ad eum, Sceleratus appellatus, autor Sex. Pomp. Liuius, Eo anno, Sceleratus inquit, Mutia Vestalis factio in dicio uiua ſub terra ad portam Collinā dextera uia ſtrata deuofſa Scelerato campo: ab inceſto id ei loco nomen factum.

De templo Salutis, Dij Fidiij, Fortunæ primigeniæ, Gentis Flauiae, Honoris, Herculis, Quirini, ac de natali loco Domitiani, & Senatulo mulierum. C A P. XXV.

Habuit autem Quirinalis multas aedes ſacras, quibus non eſt certus in eo locus, ueluti Apis, Salutis, à Faſtibio pictore depicteda, Claudij uero tempore incenſa: hanc cum Iunius Bibaculus dictator de Equis triumphans uo- uifſet, Censor locauit, et Dictator dicauit. Sāctus, Fidius Fidiij fuerunt Sabinorum, quos domo demigrantes in col- lem Quirinalem cum cætera ſupellecțile detulerunt, idq; numen uerbis trinum, re unicum eſſe dixerūt: unde licet tribus iſpis eſſet in eodem colle templum dicatum, unius tamen Sancti uocabulo appellabantur, obtinuitq; huiusmodi nominis opinio ſanctitatis magnā uim habere iuſſu randum, quo in trino, et unico numine Mediū eſſe quis Fidium.

Fidium affirmaret. Plaut. Per deum fidium credis iurato
Fortune pri mihi. Fortunæ Primigeniæ ædes in eodem monte à Domi
migeniæ. nio prætore urbano posita fuit. Herculis templum in eo=
Quirini dem, è regione Quirini, similiter Honoris, ut testatur Ci=
Honoris cero de leg. Senatulum mulierum, inquit Lampridius in
Senatus. Heliogabali uita, id est, mulierum senatum, in Quirinali
 fecit, in quo ante fuerat conuentus matronalis, solennibus
 duntaxat diebus. Agonalia etiam in Quirinali celebrata
 fuisse legimus.

De Foro Archimonij, Pila Tiburtina, Domo
 Martialis, Circo Floralium, Floræ tem=
 plo, Officinis minij, & Cliuo Pu
 blico. C A P. XXVI.

INstauratis urbis Romæ reliquijs, ijs quæ ad sex mon=
 tes citra Tyberim pertinere videbatur, reliquum fue
 rat in Transtyberinam transire regionem, & Ianiculū,
 septimum antiquæ urbis montem, his adiungere: uerū cum
 multis iam annis, ne dicam seculis, collis Hortulorum cum
 campo Martio intra pomerium sit receptus, prius hunc,
 totamq; urbem planam percurrere optimum fore arbitra
 mur. Inter igitur ipsum collem, & Quirinalem, uallem
 quadrangularem, sed oblongam formam habetem iacere,
 in descriptione situs urbis declaratum est, in cuius parte
Archimonij sub Clatræ, & Apollinis monte, Archimonium forum fu=
 forum. isse memorant: argumento quod ibi sit ædis S. Nicolai co
 gnomento de Archimonij. Haud ita multo post fuit lo=
Pila Tibur cus, Pila Tiburtina, quasi Tibur, denominatus, ubi Mar=
 tina. se domum habuisse, his testatur carminibus,

Sed

Sed Tiburtine sum proximus accola pile,

Qua uidet antiquum rustica flora Iouem.

Sequebatur deinceps Circus ubi floralia in honorem deæ Circus flo-
Floræ agitabantur. Flora enim cum magnas opes ex arte ralium.
meretricia quæsiuisset, Po. Ro. scripsit hæredem, certanq;
pecuniā reliquit, cuius ex annuo fœnore suus natalis dies
celebraretur, editione ludorum, quos appellabant flora-
lia: quod quia Senatui flagitiosum uidebatur, ut pudēdæ
rei quædam dignitas adderetur, deam finixerunt esse, quæ
floribus præfesset, eamq; oportere placari, ut fruges cum
arboribus bene, prospereq; florescerent. Sunt autem qui
huiuscæ deæ templum in Quirinali statuant, sed siue in
colle, siue in ualle, omnino fuit prope circum. Paulo ultra
circum, Officinæ conficiendi munium occurrebant, ut scri Officinae Mi-
bit Vitruvius: prope quas Publicum clivum fuisse sic do- nij.
cet Var. Clivus proximus ad florales, uersus Capito. Clivus publ.
lium uestus.

De Colle Hortulorum, templo Solis, & sepul-
chro Neronis. C A P . X X V I I .

E xpositis ijs, que uidebantur perinere ad uallem su-
pradicam, ipsum ascendamus Hortulorum collem,
qui licet magnum habeat ambitum, tamen ob eam rationē
quod priscis temporibus extra pomerium fuerat, pauca
memoratu digna complectitur, inter quæ domum Pincij
Senatori, qui ex colli, ex portæ cognomen fecit, hodie
enim mons Pincius, Pincianaq; dicitur porta. Huius autē Mons Pin-
domus uestigia extare traduntur apud partē antiqui mu- cius.
ri laxata compage inclinati, cadentiq; simulis. Hinc autem
secundum muros progrediens longo intervallo occurrit
p moles

Solis tem moles in hemicycli formam, quam Solis templum quidam
plum. fuisse autemant. In hoc ipso colle fermè è regione, secùa
dum aliquos, sepulchri Marcelli in via Flaminia positi,
Nero suū sortitus est, ut docet Suet. his uerbis: Reliquias
Aegloge, & Alexandria nutrices, cum Actia cōcubina gē
tili Domitiorum monumento condiderunt, quod conspici
tur è Martio campo, impositum colle Hortulorum: in eo
monumento solium Porphyretici marmoris superstanti
lunensi ara circumseptum è lapide thasio. Hic collis Hor=
tulorum quidem obtinuit cognomen, quòd sub ipso olim
fertilissimi, & perpetuis aquis irrigui fuerāt horti, ut ubi
de Augusti Mausoleo mentionem facimus, infra appare=
bit. Ex Hortulorum colle magistratus petituri in Mar=
tium campum olim descendebant. Descendamus nos in
eundem, urbemq; Planam.

LIBER SE XTVS.

De Vrbe Plana, & Theatro in genere.

C A P . I.



N V R B I S Planæ descriptione ut
quid, quo'ue loco sit, aut fuerit certis se
dibus collocatis magis pateat, à Capito=
lio per Pantheona (est enim Pantheon
huius urbis umbilicus) ad fluminis ripā,
prope S. Rochi ædem, linea recta deducatur, quæ ita dedu
cta in

Et in duas propemodum æquales partes hanc urbem intersecabit, quarum altera à fronte, & à latere ad Tyberim: altera uero à foro Traiani, usq; ad portam Flumentanam, ad Quirinalis, hortulorumq; collis radices, iacebit. Illud autem in primis sciendum, difficilimū esse omnia ad huius partis cognitionem pertinentia ad unguem explicare, quòd prioris seculi homines prisca illa, & diuinā quodammodo urbis ornamenta, quo sordidissimas exornarent domunculas, ita distraxere, aut uiliissimis oppresse re ædificijs, ut ueteris fundamenti uestigia paucis in locis agnoscantur. Quare uelim doctos, urbisq; priscae studioflos non mihi magis, quam impijs istorum manibus irasci, si pauca uidebor attigisse. Sed iam ad locorum declaratio nem aggrediamur, & quia à Theatro Marcelli principium recte facturi uidemur, pauca de theatro prælibanda sunt. Theatri igitur originem huiusmodi tradit Cassio **Theatrum, dorus:** Cum agricultores feriatis diebus saera diuersis numeribus per lucos, uicosq; celebrarent, Athenienses primum agreste principium in urbanum spectaculum collegerunt, Theatum Græco uocabulo uisorium appellantes, quod eminus astans turba cōueniens sine aliquo impedimento uideatur. Et infra: Ritus Romani, sicut cætera externa, ad suam remp. nō inutiliter trahentes, ædificium alta cogitatione conceptum magnanimitate mirabili considerunt. Theatra prius ad tempus lignea posita fuere: postea uersatilia inuenta, quæ modo unam, modo alteram faciem ostenderent, qualia duo M. Curius in funebri patris munere iuxta fecit. Primum autem theatrum Romæ fecit M. Scaurus in ædilitate sua xxx. dierum spacio

tio duraturum, omnium maximum, quæ unquam humana manu facta fuere: cauea enim hominum octoginta millia capiebat. L. Mumius primus, theatro temporaneo ludos suo triumpho deditse dicitur, deinde Scaurus. Vitruvius autem scribit, post Scenam porticus esse constituendas, uti cum imbræ repentinae interpellarint, habeat populus quo se recipiat ex theatro, et non modo porticus, sed etiam ambulationes, quæ ita collocabantur, ut duplices essent, haberentque exteriores columnas Doricas, cum epistylis, et ornamentis ex ratione modulationis perfectas. Et alibi: Tectum, inquit, porticus quod futurum est, in summa gradatione cum scenæ altitudine libratum perspiciatur, ideo quod uox crescens aequaliter ad summam gradationes, et tectum perueniet. Sed Symmetrias, et locorum distinctiones docet libro quinto:

De Theatro Marcelli, & Bibliotheca, ac de
Porticu, & Curia Octauiae.

C A P. II.

Augustus multa sub alieno nomine condidit, et in primis Theatrum Marcelli, nepotis ex sorore Octavia, cuius pars uetus state, igneque corrupta, ubi nunc est Palatium Sabellorum inter Capitolium, et Tyberim, adhuc cernitur. Capiebat autem loca octoginta millia: opus sane maximum, simul et pulcherrimum: ut pote ab eo excitatum, qui maxime exoptabat multis, et præclaris ornamentis urbem illustrare. In hoc scena restituta, Vespasianus ludos edidit. At de hoc theatro lege Asconii. Iuxta theatrum Porticum Octauiam in gratia Octauiae sororis idem Augustus condidit, quam mox incendio deformatam, restituit

stituit. In hac porticu raptus Proserpine, Bacchus, et Satyrus fuere, Praxitelis opera. In eadem Apollinem, Diana, nouem Musas fecit Timarchites. Intra hanc ipsam porticum Iunonis ædem ponit Plin. in qua eiusdem deæ simulacrum Dionysius, et Polycles fecere. Idem autor de Octaviae Curia meminit, et in ea Cupidinem fulmen tenentem ponit. Consentaneum autem est hanc curiam fuisse ubi porticus, quam ante theatrum statuit Appianus. Includebatur autem inter ædes sacras diui Nicolai in carcere, et S. Mariæ, quæ ab ea in Porticu cognomen obtinuit, qui locus ex ruinis et Curiæ et porticus emunetior cernitur, ibiq; saxa Tiburtina, et marmora plurima effodiuntur. De functo uero Marcello prope theatrum Octaviae mater Bibliothecam instituit, id est, librorum repositum, quæ Libraria etiam dicitur. Gellius: Forte, inquit, in libraria ego et L. Paulus poëta uir memoria nostra clarissimus consederamus. Tradunt autem Pisistratum tyrannum primum omnium Athenis disciplinarum liberae librum libros publice legendos posuisse. Romæ uero Asinium Pollionem.

De Circo Flaminiio, & templo Apollinis.

C A P . III.

Circus autem Flaminius ubi fuerit, permagna est inter scriptores dubitatio, et contentio. Blon. namque quibusdam coniecturis admodum leuibus conatur ostendere, quem nunc Agona, olim Circum Flaminium appellatum, cuius rei nullum habens argumentum, Pandulphus Lateranensis ecclesie hostiarium tantum adducit, qui scribit Hadrianum Pontificem S. Apollinaris ædem ædificare

p. 3 nisse

uisse, ubi prius Apollinis fuerat. Pomp. uero Letus, quem
deinde secutus est Ful. cum esse uult, cuius uestigia qui-
busdam in locis adhuc extant apud Apothecas obscuras,
in cuius medio nunc ædes S. Catharinæ est sita, et funes
torquétur. Quidam uero Blon. opinionem approbantes,
Balbi theatrum hoc in loco fuisse cōtendunt. Quare in re
tam antiqua, tam dubia in tantaq; scriptorū uarietate, quē
potissimum sequefemur, nulla erat certa ratio, conjecturæ
uero non ualde probabiles, in his animi anxietatibus diu
uersatus, tandem forte fortuna, quid probarē, inuenimus.
Sedebamus enim nuper in Libraria Pon. Max. Ego, 10
ANNES Moronus Episcopus Mutinen. magni inge-
nij, magnaq; probitatis iuuenis nobilissimus, nec nō THO-
MAS Cadamustus Patricius Lauden. ijsdem ornatus ani-
mū uirtutibus, humanarumq; literarum studio uirorum do-
ctorum fautor, et singulare præsidium. Sedebant et qui-
dam prudentes uiri, incideratq; mentio de Mario Iunio-
re, de cuius morte cum quidam dubitarent, quid, inquit
Episc. dubitatis de re omnibus nota : heus puer affer M.
T. Ciceronis orationes: Legebatur in toga candida, Catil-
linam caput Marij plenum adhuc anime, et spiritus ge-
stauisse ab Ianiculo ad ædem Apollinis. Tūc THOMAS
antiquitatis urbis studiosissimus, et in medicina alter Apol-
lo, in me conuersus, Vbi, inquit, erat Apollinis ædes? Iube
inquam, Asc. Pedianum afferri, apud ipsum quædam uidi,
qua nunc memorie non occurunt, eo allato hæc legi-
mus: Omnia sunt manifesta, sed tamen ne erretis, quod his
temporibus ædes Apollinis in Palatio fuit nobilissima, ad-
monendi estis non hanc à Cicerone significari, quā post
mortem

mortem Ciceronis multis annis Imp. Cæsar, quem nunc Diuum Augustum dicimus, post Actiacam uitoriam fecerit: sed illam demonstrari, quæ est extra portam Carmentalem, inter forum Holitorium, & circum Flaminium. Quibus uerbis obseruaui nullo modo Agonium campum circum Flaminium esse. Et si quis consideret forum Holitorium, ædemq; Apollinis inter ipsum, & circum Flaminium uoluerit collocare, certe Pomponij opinionem fallime probabit: non enim procul à porta Carmentali sicut Apollinis ædes. Liuius: Ab æde Apollinis boues fœminæ duæ, albae, porta Carmentali in urbem ductæ. Quæ uero à Blon. adducuntur, ea omnia, prater Pandulphi argumentum, non magis suam confirmant, quam destruunt opinionem. Quid enim sibi uolunt hæc Liuij uerba: Itaq; inde Consules ne criminationi locus esset, in prata Flaminia, ubi nunc ædes Apollinis est, iam tum Apollinæ rem appellabant, aduocauere Senatum? Nempe nihil aliud, quam sè penumero Romanos è proximo Capitolio cōsultandi gratia in circum Flaminium descendisse. Vnde alibi Liuius: Actum de imperio Marcelli in circo Flaminio. Quid Cassiodori? Solitos esse ab Augusti Mausoleo sex portis dimitti iunctos currus, qui per Equiria in Flaminium circum current? Nihil, nisi ab Equirijs, ubi ædes S. Marie in Equiro, recta currus solitos esse uenire ad Apothecas obscuras, & per portam antiquā, cuius uestigia adhuc existunt circū ingressos metas circuire, quod si de Agonio intelligatur capo, nō recta à Mausoleo Augusti, uerum ad dexteram necesse erit currus flectere, ut in Agonium peruenias campum, quem in Martio, cum

p 4 in præ

in pratis Flaminiijs circus Flaminius, esse constet. Circus Flaminius, inquit M. Var. dicitur, qui ædificatus est circum Flaminium campum, et quod ibi quoq; ludis tauricis equi circum metas currunt. Sex. uero Pomp. à Flaminio Cos. apud lacum Trasumenum ab Annibale interfecto circum, simul et uiam, denominationem cepisse refert. Plut. uero in probl. de huius nominis etymologia dubitare uidetur. Quid est, inquit, quod circus Flaminius dicitur, an quod Flaminius quidam priscus cum ciuitati agrum reliquisset equestribus ludis eius fructu, et uectigalibus utebatur? nam cum pecunia suppeteret, uiam quoq; Flaminiam munierunt. Cui autem usui esset illa: indicant Var. uerba paulo ante adducta, et quæ retulimus ex Lilio, quod circo Flaminio inundato ludi Apollinares extra portam Collinam portati sunt. Inter S. nunc Angeli,
testatur V^a Corn. Nep. olim, ut quidā putant, Iunonis ædem, et Citranguli turrim, marinoreæ columnæ tres mire altitudinis, et crassitudinis adhuc extant, quo in loco Martis templum fuisse temenus: columnæ enim reliquiæ uidentur carum, quæ in hiis diuī templo ab Ouidio mirum in modum celebrantur.
*ad Martis est T. Flaminio ab
tempore Sulamis,* Apollinis uero ædes ubi nunc ecclesia diuæ Mariæ cognomento sub Capitolio, inter forum Holitorium, et circum Flaminium, secundum Asc. et prope portam Carmentalem, quod innuit Liuius, qui primo dec. quintæ docet, S. C. in ea sepe factum esse. eius sunt haec uerba: Cn. Cornelio Scipione Hispalo, et Q. Petilio Spurino Cos. Senatus in æde Apollinis legatorum uerbis auditis supplicationem in biduum decrevit. In eodem circo etiā Neptunum æde habuisse testatur epitaphium quod sequitur:

ABS

ABSCANTO AVG. LIB. AEDITVO AEDIS
NEPTVNI QVAE EST IN CIRCO FLA
MINIO FLAVIVS ASCANIVS ET PAL
LANS CAES. N. SER. ADIVTOR A
RATIONIBVS PATRI PISSIMO FEC.

De Vulcani, Martis, Bellonae, Herculis, Iouis
Statoris templo: ac de Columna bellica,
Ara Neptuni, Porticu Corinthia, &
& Colosso Martis. C. A. P. IIII.

Fvere autem cum in circo Flaminio, tum apud, alie
celeberrimae deorum aedes sacrae, ueluti Vulcani, in Vulcani.
qua pro aedituis, canes fuisse fabulantur, sacrilegis tantum
allatrantes. Martis iuxta eundem circum, ut diximus, Si= Martis.
mul. ex Bellonae uersus portam Carmentalem inquit P. Bellonae.
Victor, inter Martis, & Apollinis templum, ac portam
Carmentalem, qui locus ex ruinis eminentior nunc cerni-
tur, ubi frequenter Senatus habebatur. Liuius quinto dec.
quinte: M. inquit, Pompilius Cos. Romam redijt, Sena-
tuq; extemplo ad edem Bellonae uocato. Ante Bellonae,
existentis, autor Sex. Pomp. ante portam Carmentalem,
fuerat columna marmorea index belli inferendi Bellica de Columna
nominata, à qua Romani in bellum profecturi hastam in Bellica.
eam partem uersus mittebant, in quam ituri erant, quia la-
boriosum admodum uidebatur propagato imperio ad ho-
stium fines ex instituto peruenire, in eorumq; agros ia-
cere. Hanc columnam Blon. iuxta circum Maximum per-
peram statuit, deceptus illis Ouidij carminibus, quæ sunt
suprà nobis adducta, ubi de ipso circo, & ijs, quæ in eo
p 5 erant,

erant, sumus locuti. Aedis Bellona & Appium Claudiunt casum autorem Ouid. sic facit:

Hac sacrata die Thusco Bellona duello

Dicitur, & Latio prospera semper adest.

Appius est autor Pyrrho qui pace negata

Multum animo uidit, lumine cæcus erat.

Hercules.

Herculi magno custodi circi Flaminij Aedis ponitur à P.

Victore, de qua idem autor, ut quidam aiunt, sic meminit:

Altera pars circi custode sub Hercule tuta est,

Quod deus Euboico carmine munus habet.

Steterat autem in aditu circi, ubi nunc ecclesia diuæ Luciferæ in Apothecis obscuris, & propterea Ouidius custodem illius ipsum Herculem appellauit: argumento etiam quod aperientibus Vespillonibus sepulchrū quoddam legimus in frusto marmoris reperto cognomentum, quod in antiquis monumentis ubiq; Herculi datur, uidelicet, IN VICTO. Decoratus est circus Flaminius altera æde cognomento Herculis Musarum, quod cum Musis esset cōmunis, à M. Fulvio Nobiliori ex pecunia censoria ædificatus: ea ratione, quod in Græcia acceperat Herculem Musagetem esse, id est, comitē, ducemq; Musarū: idemq; primus nouem signa, hoc est, omniū Camœnarum simulacra ex Ambraciensi oppido translata sub tutela fortissimi numeris consecravit: quia mutuis operibus, & præmijs ornari, iuuariq; deberent, Musarū quies defensione Herculis, & virtus Herculis uoce Musarū. lege Eumenium. Aedem autem hanc uetus state deformatam Martius Philippus Augusti uitricus refecit, quod Ouid. in Fast. sic tetigit:

Sic ego, sic Clio, clari monumenta Philippi

Afpicio

Aspicis, unde trahit Martia casta genus.
In eodem circo Macrobi. Iouis Statoris statuit delubrum.
Et calices fieri solitos, sic testatur Mar.

Accipe de circo pocula Flaminio.

Plin. uero Aram Neptuni fuisse ait, eamq; olim sudore ma Ara Neptu
nasse. Et à consulatu Octauij, q de Perseo rege triumphū ni.
nauale egit, factam porticū duplīcēm apud eundem circū,
quæ à capitulis æreis columnarum Corinthia, & ab auto Porticus Co
re Octavia est appellata. Fuit autem inter ipsum circum, rinthia.
& ecclesiam S. Nicolai cognomento in Chalcaria, quod
cognomen ab ipsa porticu retinuisse uidetur, Χαλκης enim
æs dicitur. Idem tradit Colossum Martis fuisse in templo Colosse
Bruti Callaici apud circum Flaminium. Martis.
De Porticu Mercurij, & Octauij, Pompeij thea
tro, Domo, Atrio, & Porticu eiusdem, ac de
templo Veneris Vetricis. C A P. V.

Inter Flaminium circum, & Tyberim extat porticus
in uestibulo ædis nunc S. Angeli in piscina, olim Mer
curio, uel, ut alij, Iunoni sacra: quam igne exhaustam
L. Septinium Seuerum restituisse inscriptio ostendit hu
ijsmodi:

IMP. CAES L. SEPTIMIUS
SEVERVS PIVS PERTI
NAX AVG. ARABIC. A=
DIABENIC. PARTHIC.
MAXIMVS TRIB. POTE
STAT. XI. IMP. XI. COS.
III. P. P. C,

IMP.

IMP. CAES. M. AVRELIVS
 ANTONINVS PIUS FELIX
 AVG. PONT. MAX. TRIB.
 POT. VI. COS. PRO COS. IN=
 CENDIO CONSUMPTAM
 RESTITVERVNT.

Theatrum Pompeij.

Porticum autem illam, quæ nunc diruta apud plateam Iuc-
 dæorum Ceuram appellant, Seueri Imp. fuisse tenet fama.
 Nos uero de hac nihil certi habemus. Sequitur Theatrum
 Pompeij, inter Marcelli, & molem Hadriani fore me-
 dium, quod mansurum primus omnium ipse Pompeius
 extruxit. Quin, inquit Cor. Tac. Cn. quoq; Pompeium ac-
 cusatum à senioribus ferunt, quod mansuram theatri se-
 dem posuisset: Nam antea subitarijs gradibus, scena in
 tempus structa. Sed consultum parsimoniae, quod perpe-
 tua theatro sedes locata sit, potius quam immenso sumptu
 per singulos annos consurgeret, ac strueretur. Et licet
 Pompeius inchoauerit, magnaq; ex parte extruxerit, C.
 Caligulam tamen absoluuisse scribit Suet. cum fortuito igne
 consumptum se extructurū pollicitus esset Tiberius. Lon-
 go autem tempore post Theodosicus Ostrogatorum rex
 magna ex parte disturbatum instaurauit: sicuti Caſſij uer-
 ba ad senatum indicant, quæ sunt: Et ideo theatri fabri-
 cam se mole soluente consilio uestro credimus esse robo-
 randam, ut quod ab autoribus nostris in ornatum patriæ
 constat esse concessum, non uideatur sub melioribus po-
 steris iminunitum. Quid non soluas senectus, quæ tam
 robusta quassasti? Montes facilius cadere putarentur,
 quam

quam soliditas illa, qua tenetur, quando moles ipsa sic te-
cta cautibus fuit, ut præter artem additam, & ipsa quoque
naturalis esse credatur. Hoc potuissemus forte negligere,
si nos contigisset talia non uidere. & reliqua. Huius ma-
gnitudinem ex eo etiam coniçimus, quod Nero nobilibus
Germanis Po. Ro. multitudinem ostensurus, eos in hoc
theatrum populo plenum introduxit. Capiebat enim lo-
ca LXXX. millia: cuius uestigia in cella uinaria, & in sta-
bulo Vrsinorum in campo Floræ adhuc cernuntur. Vene-
ris Victricis ædem in eo fuisse scribit Porphyrio, & Plut.
in ipsius Pompeij uita. Ego uero anno M. D. XXV. post
ædem S. Mariæ cognomento in crypta picta, uidi effodi
marmor in quo erat index talis,

VENERIS VICTRICIS.

Prope theatrum autem Atrium, siue Curiam, & domum, Atrium, Cu-
& ante ipsam porticum Pompeius habuisse dicitur. Plut. ria, et domus
Atqui, inquit, Pompeius ipse usq; ad tertium triumphum Pompeij.
modice, atq; in composite habitauit, pulchrū deinde thea-
trum longe à Romanis diffamatum cum struxisset, splen-
didiorem domum, ueluti theatro appendicem, adificauit.
Curia ea fuit in qua C. Cæsarem occisum esse docet Suet.
Is locus nunc Satrium addita litera, s, pro atrium appella-
tur. De portico uero Ouid. sic meminit,
Tu modo Pompeia latus spatiare sub umbra,

Dum sol Herculei terga leonis adit.

Campum, qucm Floreum uocitant, à Flora, à Pompeio
adamata, ita denominatum putauerim, non à loci præstana-
tia, quasi floreū, ut autumat Ful. Hæc autem Pompeij mo-
numenta Philippo, qui post Gordianum imperauit, re-
gnante

gnante, igni absumpta sunt, autor Pomp. Letus. Nam cū Philippus ipse in theatro ludos scēnicos celebraret, tribus diebus, totidemq; noctibus per vigilia populus spectauit funeralibus, atq; lychnis tenebras uincenibus, et cum multitudo solennibus ludis intenta esset, incendium, aut ex luminaryibus, aut ex ignibus coalitum, in Curiam deuagatum est, ars fit theatrum, et ei propinquum hecatonstylon, id est, centum columnarum porticum. Iuxta theatrum Tiberio Cæs. Arcum marmoreum, prius à senatu decretum, sed omissum peregit D. Claudius Suet.

De Thermis Agrippinis, Pantheone, eiusq;
Porticu, ac Boni Euentus templo.

C A P. VI.

DIscedens quis à Pompeij theatro in septentrionem ad locum perueniet, qui nunc Cyambella dicitur, Therme Agrippinæ prope Pantheonam, ubi M. Agrippæ Thermarum reliquiae adhuc extant: eis nanque Agrippinis à suo nomine non men imposuit Agrippa: de quibus meminit Plin. his uerbis: M. Agrippa rusticati, quam delicijs propior, unicumq; felicitatis exemplum multa, et egregia in urbe perfecit opera Augusto eius socero imperante. Idem Thermas de suo nomine excitauit, bas lithostrato, et encausto pinxit, arcus, et pavimenta ex vitro posuit. Et rursus: Lithostrata, et pavimenta coepit auere iam sub Sylla parvulis certe crustis, extatq; hodie quod in Fortunæ delubro Præneste fecit. Pulta deinde ex humo pavimenta in careras transiuerunt, ut primum uitium, et hoc certe inuentum ab Agrippa in thermis, quas Roma fecit, Figlinum opus encausto pinxit, reliqua albaria adornauit, non dubie uite
treas

tres facturus caneras, si prius inuentum fuisset. Conspicitur prope thermas templum inter antiqua urbis ædæ Pantheon, ficia ualde conspicuum, & ferme integrum: ab antiquis, quasi omnibus dijs sacrum, Pantheona: à nostris, à circuari forma S. Maria rotunda, nuncupatum. Est enim sphærica forma, & ueteri structura, quod Ioui ulti: ab eodem Agrippa positum esse testatur Plin. Dion uero, siue quod matri deūn, atque omnibus dijs sacrum esset, siue quod mundi formam haberet, Pantheona appellatum tradit. Id cum Agrippa Augusto uellet dedicare, ac ille responderet, Marti & Veneri consecravit. Huius autem magnificantiam, & pulchritudinem nō facile uerbis quis exprimeret. Habet enim intrinsecus lithostratum uarijs marmoribus per pulchre exornatum, columnasq; circunquaque nobili structura, & epistylis optime cōcinnatas, ac inter ipsas facella in quibus per ambitum statuae olim erant collocate. Syracusana, inquit Plin. sunt in pantheo capita columnarum à M. Agrippa posita: in columnis templi eius probantur inter pauca eius opera, sicut in fastigio posita signa, sed propter altitudinē loci minus celebrata. Altitudo enim brachia cōtinet LXXVII. & totidem latitudo. Huius templi concamerata testudo, mira arte laqueata, habet in summo uertice circulare foramen, quo solo liberum lumen cœli admittitur, & ad huius imbræ excipienda recto diametro in ipso lithostrato impluuium: uerum ne testudo immenso pondere grauaretur, uacui circumquaque specus ab imo ad summum relicti sunt. Intus totæ edes, aut marmorata, aut marmoreis crustis exornata est: exterius tectorio illata; à fronte uero ærcis laminis argenteis.

Vnio Cleo-
patræ.

gento, auroq; illitis tecta. Testudo nunc plumbeis, olim argenteis laminis cooperta fuerat, quas Constantinus tertius Heraclij nepos Romam ueniens sustulit, simulq; omnes statuas ex ære, et marmore ad urbis ornatum positas, omniaq; templorum ornamenta paulo decentiora detraxit, nauibusq; ad id paratis impositis a sportauit. Portæ uero templi æreæ, miræ magnitudinis, ueteri structura, cum æreis supra ualvas cancellis. In pronaō Augusti, et Agrippæ fuere simulacra. In ipso uero templo Martis, et Veneris, ex cuius auribus pendebat unio miræ magnitudinis, et taxationis, quem ut scribit Macrob. Cleopatra in auribus gerebat, cuius magnam partem aceto consumpserrat in coniuicio, quo M. Antonium sumptibus superare contendebat, quæ uno haustu centies fœstertium ebit: sed qui superfuit uicta regina, capta Aegypto Romam delatus, dissectusq; est, et factæ ex una, margaritæ duæ, positæ, ut diximus, Veneris simulacro. Phidias, inquit Plin. fecit ex ebore Mineruam Athenis, quæ est in Pantheon, astans. Hercules in Pantheon, ad qucm Poeni omnibus annis humanas sacrificat uictima, humi stans. Virg. enim Didonis describens templū, alludere uidetur ad hoc, in quod tot gradibus nūc descenditur, quot olim ascendebatur, ut columnarū basis in portico ipsius existentiū ostendit, simul et area ex quadrato lapide superioribus annis detecta: ex quo deprehēdi potest quantū ruinis creuerit urbis solū.

Templa anti Notandumq; etiā hoc in loco, omnia tēpla apud ueteres quius in sub in sublimi condita gradibus ascendi, atq; unū tantū habuis limi condita. se aditum. Vnde Var. Omne enim templū debet esse conti nuo septū, nec plusquam unum introitū habere. Agrippa autem

autem templo Porticū addidit, à quibusdam Prothyrum Prothyrum. appellatā, cuius uerbi significationē Accursius Iureco. se ignorare fatetur. Est autē locus ornamenti causa ante ianuā, ueluti uestibulū, aut porticū, quasi πρὸ τῆς θύης. Hęc uero porticus pulcherrima, & fermè integra adhuc stat, cuius tectū æreis, ac inauratis trabibus canaliū modo compactis sustentatur: rotundis, ingentibusq; attollitur columnis: de qua Baptista Leo hęc habet uerba: Extant in hanc usq; diē ad porticum Agrippae cōtignationes æneis trabis pedū x l. opus in quo nescias imp̄fam' ne magis, an artificis ingeniuū mirere. Præter colūnas rotundas, habet quasdam alias quadratas, que dicuntur antæ. Antes quadraturā significare Nonius affirmat. In huius frontispicio literæ cubitales, operis autorem ostendentes, sunt hęc,

M. AGRIPPA L. F. COS. TERTIVM FECIT.

De instaurazione uero eiusdem templi infra minores litterae leguntur hęc:

IMP. CAE. L. SEPTIMIUS SEVERVS
PIVS PERTINAX ARABICVS ADIABE
NICVS PARTHICVS MAXIMVS PON
TIF. MAX. TRIB. POT. XI. COS. III.
PP. PRO COS. . . . ET,

IMP. CAES. M. AVRELIVS ANTONINVS
PIVS FELIX AVG. TRIB. POTEST. V.
COS. PRO COS. PANTHEON VETVSTA
TE CORRVPTVM CVM OMNI CVLTV
RESTITVERVNT.

q

Spartianus

Spartianus autem ait Hadrianum prius Pantheon instaurasse. Iulius Capit. in uita ipsius Antonini Pij de ipsa instaurazione ita minxit: Opera eius haec extant, templum Hadriani honori patris dicatum, instauratum amphitheatrum, sepulchrum Hadriani, templum Agrippae. Porticus autem numinibus priscos dedicare consueuisse, probat in marmore excisus hic index:

SILVANO SANCTO L. VALLIVS SOLON
PORTICVM EX VOTO FECIT, DEDICAVIT QVE KAL. APRILIB. PISONE
ET BOLANO COSS.

In area autē Pantheonis uisuntur pari forma duo leonum simulacra ex marmoridū lapide subnigro, sub suis basibus collocata, cū hieroglyphicis literis, inter duo porphyretica labra: quæ in proximis Agrippæ, aut Neronis thermis Boni Euentus fuisse multi opinātur. Templi Boni Euentus uestigia qua templum. drata, & oblonga spectātur inter Mineruæ, & S. Eustachij plateas. Colebatur autē Euentus, ut omnia prospere, felicitérq; euenirent: quare Var. ad Fundaniam scribens ipsum inuocauit, cuius simulacrū erat habitu pauperis de xtera manu paterā, sinistra uero tenēs spicā. Praxitelē huius diuī simulacrū in Capitolio fecisse, testatur Plinius.

De Thermis Neronianis, & Alexandrinis, ac de Circo, qui Agon dicitur. C A P . VII.

Thermarum olim Neronis fornices, & arcus quidā adhuc extare uidemus, post S. Eustachij ædem, inter Pantheonis, & Longobardorū plateas: de quibus Mar. Quid

Quid Nerone peius, quid thermis melius Neronianis? Has Alexandrum instaurauisse nonnulli arbitrantur. Lampridius uero nouas iuxta Neronianas Alexandrum excitauisse, cuius sunt haec uerba: Thermas sui nominis fecit, iuxta eas, quae Neronianæ fuerūt, aqua inducta, nunc Ale Alexandrinae. xandrina quæ dicitur. Nemus thermis de priuatib[us] ædibus suis, quas emerat, disruptis ædificijs fecit. Pulcherrimum ferè omnium artium uestigia instituit: ex eoq[ue] iubet thermas, et quas ipse fundauerat, et superiores populi usui exhiberi. Sylvas et in thermis publicis deputauit. Et quia thermarum uestigia late patent, à S. Eustachio usque ad domum Gregorij Narnien. uiri optimi, et humanissimi, in cella uinaria cuius uidimus thermarum pavimenta, et plumbeas fistulas, Lampridijs opinionem potius probamus, uidelicet Alexandrum nouas prope Neronianas excitauisse thermas, præsertim quod in eadem domo, et in proximis, sunt putei aquis limpidissimis, qui nulla arte possunt exicari, ut existimem esse ductum illius aquæ, quæ ab Alexandro inducta, eiusdem adquisiuit nomen. Iuxta autem has P. Victor thermas Hadriani posuit. Quidam ferunt fuisse, ubi nunc S. Aloisij templum: sed cum nulla ibi appareant Thermarum uestigia, certum locum illis non audeo assignare. Visuntur hodie in celeberrima urbis Planæ parte uestigia spacioſissimi circi, quem nunc Agonem uocitant, quod in eo ad ix. diem Ianuarij Agonalia Iano sacra celebrarentur, à Numa, ut scriptum reliquit Antias, instituta. Is enim deus rebus agendis præfidere credebatur. Ego uero crediderim ibi non solum Agonalia, uerū uarios ludos, uariaq[ue] edita spectacula, et
Agon.
 q 2 communis

communi nomine Agonem denominatū, quo nomine cuiuslibet generis spectacula appellant Græci. Nō enim pl

Equiria. cet, quod uult Ful. huic loco Equirie nomen fuisse, quia, ut diximus, rectior erat uia ab Augusti Mausoleo ad S. Mariæ in Equiro ædem, ut inde currus in circum Flaminium, sicuti Caßiod. ait, dimitteretur. Præterea ædes ipsa in Equiro dicitur, non in Aquiro: neq; legitur usquā locum ibi fuisse paludosum, ut ab aquis ædes ipsa nomen sit Aereæ anates. Leue sanè est argumentū quod æreæ anates in eas fuisse dicantur: solent enim antiqua hominū, & deorum signa, simul & animalium ad locorū ornatum, huc, illuc

Aenei Pauo- transferri: sicuti uidemus æneos pauones in S. Petri basilica, quos olim in pinu ænea ad Scipionū sepulchrū fuisse memorant. Quare cum solerent principes, ut supra patuit, omnia sui monumēta uno in loco extruere, Neronis, siue Alexandri circum existimauerim. Sunt enim horum thermarum uestigia prope, & fermè contigua. Non negamus tamen in eo Equiria, sicut alia certamina, fuisse celebrata. Sunt autem Equirialudi quos apud Elidem Græciae ciuitatem Oenomaum primum omnium edidisse scribit Sex. Pom. & Findari interpres. Romulus postea eum imitatus eosdem in raptu Sabinarum Italæ ostendit, de quibus Ouid. secundo Fast. ita meminit:

Iamq; due restant noctes de mense secundo,

Marsq; citos iunctis curribus urget equos.

Ex uero positis permanxit Equiria nomen,

Quæ deus in campo præstítit ipse suo.

Quidam autem aiunt in via triumphali Arcum Theodosij, Valentiniani, & Gratiani Imp. fuisse, quo in loco nunc

nunc pecunia signatur. Nos uero de his nihil certi inuenimus, nisi quod fragmenta quædam superioribus annis apud ædem S. Celsi inuenta dicuntur, horum principum de arcu indicium facientia. Aliqui dicunt in eo arcu titulum insculptum esse huiusmodi:

IMPPP. CAESSS. D. D. D. N. N. N.
 GRATIANVS VALENTINIANVS ET
 THEODOSIVS PII FELICES ET SEMP.
 AVGGG. ARCVM AD CONCLVDEN
 DV M OPVS OMNE PORTICVM MAXI
 MARVM AETERNI NOMINIS SVI PE
 CVNIA PROPRIA FIERI ORNARIQ.
 IVSSERVNT.

De Templo Neptuni, Terento, Ara Ditis, ac
 Palude Caprea. CAP. IX.

IN ripa autem Tyberis, ubi nunc S. Blasij, olim Neptuni stabat Aedes, ab Hadriano restituta, quemadmodum in marmore ibi inuenito titulus nobis significauit. In Neptuni; naufragio seruati solebant tabellas naufragium ipsum pictum habentes ponere, autor Fulgentius. Terentius, inquit Pomp. locus in campo, dictus quod eo loco Ara Ditis patris occultaretur, uel quod profluentis Ara Ditis. Tyberis ripples aquarum cursus tereret. Quo in loco Euan der ex Arcadia profectus cum classe substitisse dicitur. hinc Ouid.

Ramq; ratem doctæ monitu Carmentis in amnem
 Egerat, & Tbuscis obuius ibat aquis.

q 3 Fluminis

Fluminis illa latus, cui sunt uada iuncta Terenti
Aspicit, et sparsas per loca sola casas.

Ara Proserpinae = Notandum autem non solum Ditis, sed et Proserpinæ

Aram subterraneam fuisse, quam Valer. Maxim. tradit
egesta terra ad xx. pedum altitudinem, apud Terentia
tum inuentam Valesio quodam autore, è Sabinis locu-
plete, et rusticæ uitæ homine, qui liberatis tribus fi-
lijs ibi trinoctium furua hostiæ sacrificium exhibuit: unde
Ausonius,

Terna Terentino celebrata trinoctia ludo.

Ipsam quidem aram Romani bello Albano cōstituerant,
atque alta occultauerant terra, ut omnibus, præterquam
ipſis, effet ignobilis. Capream Paludem in campo Martio
ante urbem statuit Liuius. Plut. uero locum esse dicit uer-
sus mare in rheumatibus Tyberis, ad quem unus erat adē-
tus, et propterea tutus: ubi Romulus cum exercitum
recenseret, subita orta tempestate, sublatus è medio ap-
parere desijt.

De domo Coruina, Via Lata, & Templo Iſidis. C A P . X .

Altera autem pars urbis Plane, secundum radices
Coruina Quirinalis, à foro Traiani ad portam Flaminiam
do producta, habuit prope Capitolium Domum Coruinam:
mus. à qua locus in hanc usq; diem nomen seruat, Macellum
enim Coruorū uulgo dicitur, ubi in pariete domus Virgi-
lij de Mantaco Tiburtinis saxis insculpta leguntur haec:

C. PO

C. P OBLITIO L. F. BIBVLO AED.
 PL. HONORIS VIRTUTISQVE CAV-
 SA SENATVS CONSVLTO POPVLI-
 QVE IVSSV LOCVS MONVMENTO
 QVO IPSE POSTERIQVE EIVS IN-
 FERRERENTVR PVBLICE DATVS EST.

Vbi notandum honoris, uirtutisq; causa additum, quia
 Duellio Cos. cautum fuerat S. C. ne quis in urbe sepe
 liretur, nisi, qui uirtutis causa, legibus non tenerentur.
 Vnde Cic. Hominem mortuum, inquit, lex in xii. tabu-
 lis, in urbe ne sepelito, ne ue urito: credo propter ignis
 periculum. Atqui in urbe sepulti sunt clari uiri. Credimus
 eos, quibus ante hanc legem, uirtutis causa, tributum est,
 ut Publicolæ, ut Tiburtæ, quod eorum posteri iure te-
 nuerunt: aut eos, si quibus hoc, ut C. Fabricius uirtutis
 causa soluti legibus non sunt secuti. Propterea imperato-
 res, & uirgines Vestæ, quia legibus nō tenerentur, in ci-
 uitate habebant sepulchræ. Demiq; etiam nocentes uirgè-
 nes Vestæ, licet uiuæ, tamen intra urbem campo Sceleras-
 to obruebantur. Sed unde digressi, eò reuertamur. A Ma-
 cello Coruorum ad septa campi Martij uia Lata, adhuc Via lata.
 priscum obtinens nomen, producitur: à qua ædes S. Ma-
 riae in uia lata nomen accepit: prope quam nūc multa eru-
 unitur marmora, in quibus trophyæ, triumphalesq; im-
 gines uidi, cum hac inscriptione,

VOTIS X. ET XX.

Qualem esse in arcu Constantini dictu est supræ. Ex quo

q 4 coniici

coniunctionis arcū triumphalem ibi stetisse: haec tamen nihil aliud apparuit, ut cuius esset, iudicaremus. Ferunt Innocentium octauum pontificem, in renovatione predictae Templū Isidis aedis, hunc diruisse. In hac ipsa via Isidis templum extitit. Blon. autem ex Sex. Ruffi descriptione ubi aedes nunc S. Marcelli ponit, in quo Vespasianū, et Titum nocte illa, quæ triumphum præcessit, quievisse memorat Suet. Iuuenalis uero prope septa statuit, cum inquit,

A' meroë portabat aquas, quas spargat in aedium Isidis, antiquo quæ proxima surgit ouili.

Et licet aedes predicta non multum à Septis distet, non tamen proxima dicetur. Unde alij posuere Isidis in Platea nunc Sciarræ, nonnulli apud aedium S. Marie in Equirō. At certum locum nobis non licet assignare, nisi quod prope S. Marcelli templum inuentum est marmor hoc tilio insculptum,

TEMPLVM ISIDIS EXORATAE.

Isis. Fuit autē Isis Aegyptiorū dea, et in magna apud ipsos ueneratione, cuius sacra Romam aduicta esse testatur Lukanus. Lampridius in Com. Ant. Imp. uita: Sacra, inquit, Isidis ita coluit, ut et caput raderet, Isiacos uero pineis usq; ad perniciem pectus tundere iubebat. Colebatur autē

Osiris. Isis cum Osiride uiro, qui Serapis est nominatus, à qui Serapis. bus Iseum, et Serapeum loca publica in regione Flaminia nomen sumpsero. In Isidis autem templo magna dabatur adulteriorum occasio. unde Ouid. ad amantem:

Ne fuge Niliacæ Memphitica sacra iuuencæ,

Multas illa facit, quod fuit Ipsa Ioui.

Quo in loco non de latrocinijs, quemadmodum opinatur
Eulius,

Fulius, uerum de adulterijs, & stupris intelligit Ouid. Nam & Iosephus commemorat iuuenem quendam nomine Mundum, Paulinam generosam, & pudicam alioquin matronam cum impatienter amaret, sacerdotes Isidis pecunia corrupisse, qui nouo religionis cōmento mulierem in templum uocarēt, eosq; finxisse, per noctem cum Osiride collocutos, persuasisseq; eam à deo desyderari: illam uero cum in templum uenisset, à iuene, tanquam ab Osiride, compressam, & cum mox petulantius stuprū ei exprobrasset, mulierem marito rem detulisse Tiberio, atq; ipsum indignatum sacerdotes cum Mundi liberta, que facinoris fuerat conciliatrix, crucibus affixisse: temploq; Isidis euerso, simulacrū eius in T yberim præcipitari iussisse. De incendio autem huius templi meminit Dion. his uerbis: Ignis diuinitus, potiusquam ab homine Romæ exercitus, eamq; depopulatus. Nam Serapis, & Isidis templum, & Septa, Neptuni ædem, thermas Agrippæ, Pantheon, Diribitorium, Balbi theatru, Pompeij Porticum, Octaviae domum cum bibliotheca, Templum Iouis Capitolini cum ædibus & facellis coniunctis exhaustus. Pluribus autem in locis fuisse Isidis templum testatur Spartianus in vita Caracallæ. Idē ait sacra Isidis Romā deportauisse, & templa ubiq; magnifice eidem deæ fecisse.

De Arcu Camilli, Templo Mineruæ, & Foro Suario. C A P . X I .

Discedens quis à via Lata uersus Pantheonam, nō multo post illi occurret rudis, nullisq; ornamentis insignis arcus, cæterum, ut uidetur, antiquissimus, quē Camillianum, tanquam Camillo erectum, nunc uocitant. At

q s nescio

Camilli ar= nescio quo modo uelint Camillum arcum habuisse trium-
phalem, cuius usus multis seculis post Camillum inuentus
à multis dicitur. Prius enim triumphalia tantum signa cū
statuis, et trophæis ducibus, et triumphatoribus erigi
solebant, qualia Marij esse adhuc uidemus. Quod si, ut
par est, triumphalem arcum esse concedimus, non alicuius
imperatoris, aut ducis fuit, quam ex ijs, qui post C. Cæsa-
rem fuerunt. Sequitur statim inter Pantheona, et hunc

Templū Mi arcum, Templum Minerue, à quo nunc diuē Marie sa-
neruæ. crum, nomen retinet. Illius autem antiqui extant in coeno=
bio fratrum parietes oblongam, et quadratam formam
templi ostendentes, sed non magnam. Quod templū olim
testudinatum, multisq; ornamentis insignitum Pompeius
condidit: in quo triumphalia et gestorum breuiarium po-
suit, ut in marmorea tabula legimus, et eisdem ferè uer-
bis Plin. sic testatur: Toties imperator ante quam miles,
postea ad tot maria, et deinde solis ad ortus missus hos
retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus uincientiū,
neque ipsi coronantur, sed patrias suas coronant: hos er-
go honores urbi tribuit in Delubro Minerue, quod ex
manubijs dedicabat Cn. Pompeius, Magnus imperator.
Bello xxx. annorum confecto, fuisis, fugatis, occisis,
et in ditionem acceptis hominum centies uicies semel
lxxxii. millibus depresso; aut captis nauibus,
ccccxli. Oppidis, castellis mille quingentis,
xxxviii. in fidem receptis: terris à Maotis lacu ad
rubrum mare subactis, uotum merito Minerue. hoc bre-
uiarium eius ab oriente. Ad radices autem Quirinalis in
hortis Columnensium prope oluum, qui nunc in mon-
tentis

tem Caballum ducit, Forum Suarium olim fuerat, ita de= Forum Suda
nominatum, quòd eo in loco sues uenundarentur: quapro trium.
pter S. Nicolai ædes inibi nunc sita, in Porcibus cognoscen-
tum retinet. M. quidem Var. docet antiquos habuisse
loca constituta, ubi res peculiariter uenderentur, quæ
loca nomen sortirentur ab ipsis rebus: ut, Boarium ubi
boues, Piscarium ubi pisces, Holitorium ubi holera, Sua-
rium ubi sues. Quidam in radice eiusdem montis, in re-
gione uiae Latæ, campum Agrippæ, et Septa fuisse, au-
tore Lampridio, afferunt: sed certum locum non ostendunt
Lampridijs uerba, quæ sunt hæc: Instituerat et Alex-
xander Seuerus basilicam Alexandrinam inter campum
Martium, et septa Agrippina.

De Campo Martio, siue Tyberino. C A P . XII.

Quanquam in eo capite, quod est de uario urbis am-
bitu, satis declaratū arbitror, quid de campi Mar-
ti terminis, finibusq; sentirem: tamen cum ad eum peruen-
nerimus, libet quædam, inter se se contraria quæ uidentur,
addere, quo euidentioribus cœiecturis, et argumentis pa-
teat Ful. haud recte hunc montium radicibus, fluminisq;
ripa terminauisse, licet Liuius, quem habet autorem, agru
T arquiniorum Marti consecratum inter urbem, et Tybe-
rim, iacere dicat: quia aliud est inter urbem, et Tybe-
rim, ab eo, quod ipse uult, inter montes, et Tyberim: ex
quo Liuij uerba non repugnant ijs, quæ diximus, uide-
licet moenia à porta Collina deducta per medianam urbem
Planam, ad ripam Tyberis fuisse, è regione murorum
structorum ab Anco rege in transstyberina regione. At
melior est ratio: Si urbis moenia montes non excedebant,

civis

cur idem Liuius in pratis Flamunijs ea omnia acta dixit,
 & non in campo Martio: cum Flaminij prata inter mon-
 tes, & Tyberim quin iaceant, negare posse nemo: nem-
 pe quia non erant campi Martij pars. Non fit quippe
 uerisimile eum agrum, qui fuerat Marti sacer, in ius pri-
 uatum transiuisse. Præterea cum Dionys. omnia circum
 urbem habitata commemoret, domusq; priuatas in hac
 planicie fuisse legerimus, ut Coruinorum, Pompeij, Mar-
 tialis, in campo Martio has statuemus? iusq; priuatis ho-
 minibus struendi domos in loco sacro dabitur, aut forum
 in quo sues uenundentur, instituetur? Quare huius pla-
 niciei partem ædificijs, tanquam foro R. proximiorem,
 secundum Dionys. occupatam, Martij campi non esse
 partem, tenemus. Nunquid urbis? ex intra mœnia re-
 ceptam? Licet locorum natura, quibusdam ue conjecturis
 quandoque muris septam coniçere uidear. Liuius tamen
 sexto belli pu. facit, ut quo tempore fuerit septa, non au-
 sim affirmare. Scribit enim ab æde Apollinis boves foemi-
 nas duas, albas, porta Carmentali in urbem ductas: cui
 portæ cum sub Capitolio fuerit locus, omnia ab ipso ad
 Tyberim extra urbem extitisse uidentur. Illud autem non
 præteriundum, Ful. non satis de campo Martio sibi con-
 stare. Nam in eo capite, quod est de Quirinali, ex Suet.
 refert Domitianum natum ad malum Punicum in domo,
 quam postea in Templum gentis Flauiae conuertit, iuxta
 hortos Sallustianos, Quorum, inquit, uestigia adhuc ex-
 tant in profunda ualle inter portam Salariam, montem
 Quirinalem, & collem hortulorum: & sic ipsos hortos
 in urbe ponit. Vbi uero de obeliscis agit: Alter, ait, obe-
 liscus

licus Lunæ dicatus, adhuc cernitur in colle Hortulorum,
 in hortis Sallustianis, qui locus Gyrlus ab incolis nunc di-
 citur: & cum collis Hortulorum fuerit extra urbem, ne-
 cessè est eosdem hortos extra fuisse: & ita non solum
 de loco, uerum & de uulgari nomine titubat. Hic enim
 Gyrlum, illic Sallusticum ait. **Quinimo campum ipsum**
Martium totum, nedum partem, moenibus modo exclu-
dit: modo, portam Aureliam prope Hadriani molem
transferendo, intra urbem recipit. Sed ad Campi descri- **Cāpus Mar-**
ptionem aggrediamur, qui Martius ideò cognominatus tuis unde di-
dicitur, quia Marti à maioribus fuerat consecratus. Nam etus.
 cum cæteri campi regis Tarquinij, qui ob iusticiæ con-
 temptum dictus est Superbus, post eius exilium datus ijs
 esset, qui agros non haberent, unus hic ager Marti fuit
 consecratus, campusq; Martius dictus, auctor Liuius: &
 Dionys. meminit, & Strabo in hæc uerba: Veteres illi
 Romani necessarijs rebus magis intenti, urbis pulchritu-
 dinem contempserunt. Posteri uero, & ij præsertim qui no-
 stris fuere temporibus, innumerabilibus, & præclarissi-
 mis impleuerunt insignibus. Pompeius enim & D. Cæ-
 sar, & Octauius, & eius filij & familiares, & uxor, &
 soror cunctorum studium simul, & impensas ad præpa-
 randa decora superauerunt. Maximam autem horum par-
 tem Martius campus habet, præter natuā locoruā amoeni-
 tatem artis, & solertia exercitationes admittens. Campi
 enim admirabilis magnitudo, simul & curules pariter cur-
 sus, & alia equestria certamina expedita suppeditat: nec
 minus tam multis, pilam, circulū, palestram exercitatione
 tractantibus aliq; incumbetia simul opera. Quid peren-
 nes solo

nes solo herbas, coronatosq; ad fluminis alueum colles? Scenicarum ostentatio picturarū, eiusq; generis spectacula, præstant, ut difficulter, & inuitus abscedas. Prius quam enim Marti cōsecraretur, Tyberinus (autore Gellio) dicebatur Campus: sicut Tyberis Martius, ut testis est Statius secundo Syl. Belisarium autē huius campi partem (erat enim ad pontem Milium usq; productus) muris per radices collis hortulorum, & inde ad Tyberim ducis, intra urbem recepisse, scribit Procopius. Sciendum quod in campo Martio, ueluti in Capitolio, statuae uirorū illustrium erigebantur. Vnde Caligula quasdam ab Augusto ex capitolina area, propter angustias illo translatas, ita subuertit, atq; disiecit, ut restitui saluis titulis non ualuerint. Sed alia eius ornamenta iam percurramus.

De Porticu, Templo, Columna, & Palatio

Antonini Pij, ac de Septis, siue Oviliis.
C A P . X I I I .

Porticus Antonii. Extat hodie inter Sciarre, Pantheonisq; plateas, iuxta aedem S. Stephani de Trullio, Porticus, cuius principium, & finis licet non appareat, columnæ tamen marmoreæ, ingentes, numero undecim, que supersunt, ita dispositæ cernuntur, ut stadiatam porticum Antonini Pij Imp. fuisse multi arbitrètur: quo in loco Templum etiam habuisse dicitur: argumento quod literæ cubitales, in marmore ibi inuento incisæ, huius templi memoriam continent. Sunt tamen qui Martis templum ibidem fuisse cōtentant. Hinc enim ipsius Antonini Cochlidis columnam parum distare uidemus, quam instar Traiani ipse sibi erexit: altitudinis pedum C L X X V I . cum interiore cochlea, & gradibus

Templum.

Columna.

gradibus C VI. ac fenestellis L VI. incendio parum deformatam: circunquaq; res à se gestæ incisa nunc spectantur. In uertice uero eius olim simulacrum nudum, quale in ipsius numismatibus cernere licet. Colūnam autē Sex. Ruffus in arā Flaminij esse scribit: inter quam, et porticū Imperator ipse Palatiūm habuit: ex cuius ruinis locus pau Palatiūm lo eminentior factus uidetur. Inter ipsam autem colūnam, et aquam Virginem Septa fuere. Erant enim septa loca tabulis inclusa, et uallata, in quibus Pop. Ro. suffragia laturus claudebatur. Martialis: In septis Mamuora diu, mul tumq; rogatus. Oulilia etiam, sumpta similitudine ab ouū Oulilia. septis, sunt appellata, licet Blon. uelit Oulilia fuisse minoris ambitus loca, in quibus centuriæ à tota tribu separatae de agendis, priusquam citarentur, cōsultabant. de his Lucanus: Et miseræ maculauit Oulilia Rome. Hec iuxta uiam Fornicatam, Flaminianq; à Liuio ponuntur. Notandum et hoc in loco Fuluij cōtrarietatem. Lucanus, inquit, non de Septis, ut creditur, sed de uilla Publica intellexit, ubi IX. debitorum millia cæsa dicuntur, autore Sylla. Demus autem in uilla Publica istos cæsos fuisse, nunquid ipsam uillam Oulilia appellauit Lucanus? certe non: sed ideo Oulilia maculasse ait Syllam, quia ex ea nonnulli fugientes in Oulibus sunt interficti: nisi dicamus ratione uicinitatis locum pro loco posuisse: cui opinioni uerba ipsius Fuluij aperte repugnant, quæ sunt: Satis constat septa fuisse in eo ambitu, ubi nunc columna Cochlidis Antonini Pij. Supra uero uillam Publicā sub Capitolio ponit, quæ, ex uerbis Ciceronis, per ipsum etiam adducta, prope septa fuisse, mox apparebit.

De Monte

256 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
De Monte Citorum, Villa Publica, Tem-
plo Neptuni, & Ponte in campo Martio.

C A P .

X I I I I .

Villa publica. **S**urgit inter columnam Antonianam, ex S. Lauren-
Citorus mōs **S**tij in Lucina ædem tumulus, nunc Citorus mons,
pro Citorum uocatus: non quod ibi esset mons, uerum
quod eò Pop. Ro. ad creandos magistratus citatus olim
conueniret. Sunt qui Acceptorium ab acceptandis suf-
fragijs, siue Septorum à proximis septis, nomen obti-
nuisse uolunt. Non placet autem, quod putat Fulvius, lo-
cum editum factū ex egestione terræ ex fundamentis co-
lumnæ Antonini: quia non fit quippe uerisimile tumulo
terræ, et ruderibus cum locum occupatum esse, qui ce-
leberrimus erat adificijs, et comitijs, alijsq; publicis ne-
gocijs destinatus. Et cum planities illa æqualis late pa-
teat, nisi ab ea parte ubi mons ipse Citorus attollitur,
absurdum est etiam dicere, quod Fulvius, possum pro
aggere ad reprimendum T yberis inundationes: quia cir-
cularem propemodum habens formam, nullam præ se
fert aggeris speciem. Quare credimus potius ex ruinis ali-
cuius ædificij, ueluti porticus, Amphitheatri, aut uilla Pu-
blicæ locum excresuisse. Erat enim Villa Publica domus
ampla, ueluti Curia, in qua hostium legati, quibus neque
in urbem aditus patebat, neque in Græcostasi hospitium
concedebaratur, recipiebantur: et de publico alebantur.
Liuus: Macedones deducili extra urbem in villam Pu-
blicam, ibijs locus, et laitia præbita. Quod autem ho-
stium legati intra urbem non susciperentur, Rhodiorum
legati apud eundem Liuum quinto dec. quintæ cōqueren-
tes, ita

tes, ita probant: Antea Carthaginensibus uictis, Philippo, Antiocho superatis, cum Romanam uenissimus, ex publico hospitio in curiam gratulatum uobis P. C. ex Curia in Capitolum ad deos uestros dona ferentes, nunc ex sordidissimo diuersorio uix mercede recepti, ac prope hostium more extra urbem manere iussi, in hoc squalore uenimus in curiam Romanam Rhodij. Notandum est etiam, eodem autore, Romanos confueisse sumptum, & locum præbere de publico non solum legatis, uerum etiam amicis Po. Ro. eius sunt hæc uerba ex quarto eiusdem dec. Onesimo Pythonis filio nobili Macedoni ad Romanos cum transfugisset, Senatus locum, lautiam præberi iussit. Sed ad Villam publicam reuertanur, in qua etiam censum haberi solitum ferunt. Sylla, inquit Val. Max. in publica uilla, quæ in campo Martio erat, quatuor legiones contrarie partis fidem suam secutas, obtruncari iussit. Meminit etiam L. Florus. & Cic. ad Atticum his uerbis: Efficiemus rem gloriosam, nam in campo Martio Septa tribunitijs comitijs marmorea sumus, & tecta facturi, eaq; cingemus excelsa porticu, ut mille passuum conficiatur, simul adiungetur huic operi Villa publica. Quo in loco innuit Villam publicam prope Septa excitari solitam esse. neq; intelligit Cic. se septa alibi, quam ubi prius erat, sed linea que erant, ex marmore, facturum. Quod tam nec Cic. ipse, neque aliis postea fecit, bello ciuili, post eam epistolam suborto, prohibente. Iuxta autem Septa Neptuni templum cum porticu pulcherrima fuisse, Neptuni scribit Dion, quem locum M. Agrippa multis decorauit plumbis ornamentis. Erat autem apud Citatorum montem, An-

r toniniq;

Pons in cam toniniq; columnam pons, per quem citati, postquam tule= po Martio. ranc suffragia ne laturis se immiscerent, & cui fauissent di cere possent, transeuntes separabantur: de quo Suet. intel ligit, ubi de consilijs coiuratorum his differit uerbis: Qui primi cunctati utrum illum in campo per comitia, & tri bus ad suffragia vocantem partibus diuisis è ponte deince rent, atque exceptum trucidarent, an in sacra via, uel in aditu theatri adorirentur. Nonius Mar. refert sexagenae rios per pontem non mittendos, quia suffragium non fe rant, quod pro pone fiebat.

De Aqua Virgine, Lacu, & æde Iuturnæ,
ac Pietatis.

C A P. X V.

Aqua autem Virgo, quæ nunc potu suavis antiquum retinet nomen, prope pontem Salarium concipitur, & profundissimo fluens cuniculo, per Collatinamq; ingrediens portam sub colle Hortulorum attollitur: opere inde arcuato per Martium Campum deducta multis fistulis priuatis ædibus, & accolis commodissime aquam subministrat. Sub hortis uero Lucullanis in eodem campo, sicut Appia, et Alisetina olim finiebatur. In eius aqueductu marmor inclusum, hunc indicem incisum continet:

TIBERIVS CLAVDIVS DRVSI FILIVS
CAESAR AVG. DVCTVS AQVAE VIR= GINIS DESTINATOS PER CAESAREM
A FUNDAMENTIS NOVOS REFECIT
AC RESTITVIT.

In hor

In hortulo uero Angeli Colotij antiquitatis uiri studio= sifinu Tiburtino lapide sculpta huiusmodi leguntur:

T I. CLAVDIVS DRVSI F. CAESAR
 AVGVSTVS GERMANICVS PONTIFEX
 MAXIM. TRIB. POT. V. IMP. XI.
 P. P. COS. DESIGN. IIII. ARCVS
 AQVAE DVCTVS VIRGINIS DISTVR= BATOS PER C. CAESAREM A FVN= DAMENTIS NOVOS FECIT AC RE= STITVIT.

Suet. tamen Aquæ Virginis in urbem perductæ M. Agrip pæ laudem attribuit, ut infra ostendemus. Forma autem huius aquæ magnam Marij campi obibat partem. Ouid. Te quoq; lux eadem Turni soror æde recepit.

Hic, ubi uirginea campus obitur aqua.

Ex quo apparet Iuturnam Aedem in campo habuisse, iu= Iuturnæ æ= xta eiusdem nominis lacum. Fuit enim Iuturna Turniso= des ex lacus ror, quæ lacui, in quo submersa est, nomen dedit: qui lo= cus nūc pro Iuturna corrupto nomine dicitur Lotreglio. Hæc autem aqua apud ueteres salubris habebatur. Vnde Var. Nympha, inquit, Iuturna quæ iuuaret. Quare ægro ti propter id nomen ex eo fonte aquam petere solebant. Pietatis templum, ut quidam tradidere, fuit in campo Mar Pietatis tem= tio, ubi nunc ædes S. Saluatoris de pietate. plum.

De Arcu Domitiani, Obelisco campi Martij,
Amphitheatroq; Claudi Imp.

C A P . X V I .

TRiumphalis arcus mutilatus, suisq; spoliatus orna-
mentis, et titulis, inter S. Sylvestri, et Laurentij
in Lucina sacras ædes, uiam amplexus Flaminiam, Domi-
tiano Imp. adjudicatur, argumento quod in ipso cernitur
talis, qualis à Suet. describitur, uidelicet somnians se à Mi-
nerua destitutum, et illam excedere sacrario, negantemq;
se ultra tueri eum posse, quod exarmata esset à Ioue. De
arcu autem ipso sic meminit Mar. Stat sacer, et domitis
gentibus arcus ouans. Domitianus enim per omnes regio-
nes fecit Ianos, arcusq; cum insignibus triumphalibus,
quos in ipsius unius titulum, ac nomen substructos, po-
stea disturbatos esse affirmat Dion. Qui uero nunc extat
arcus Tripoli uulgo appellatur, quasi tripolis, ut qui-
busdam placet, ob uictoriam trium urbium:uel, ut alijs,
à deuicta Tripoli Thessaliæ ciuitate, de qua Liuius secun-
do quintæ dec. sic meminit: Consul cum 111. milia ferme
abesset à Tripoli (Sceam uocant) super Peneum amnem
posuit castra. Vetus autem huius arcus inscriptio patrum
nostrorum memoria adhuc legebatur. Augustus ex urbe
Hieropoli duos Obeliscos Româ transtulit, quorum ma-
iorem in circo maximo iacere dictum est. Alter uero mi-
nor ped. ix. in campo Martio, prope S. Laurétij in Luci-
na ædem, in cella uinaria cuiusdam ciuis Ro. uisitetur con-
fractus: in cuius basi huiusmodi legitur titulus:

Obelisci.

Cesar

CAESAR. DIVI I. L. AVGVSTVS
 PONTIFEX MAXIMVS IMP.
 XII. COS. XI. TRIB. POT. XIV.
 AEGYPTO IN POTESTATEM
 POPVLI

ROMANI REDACT.
 SOLI DONVM DEDIT.

De quo loquitur Plin. his uerbis: *Is obeliscus, qui est in campo Martio centū decem pedum est à Merozide inscriptus, rerumq; interpretationem Aegyptiorum philosophiae continet: cui Augustus addidit mirabilem usum ad deprehendendas solis umbras, dierumq;, ac noctium magnitudines, strato lapide ad obelisci magnitudinem, cui par fieret umbra Romæ confecto die sexta hora, paulatim per regulas, que sunt ex ære inclusæ singulis diebus decresceret, ac rursus augesceret. digna cognitu res, et ingenio foecundo. Manlius mathematicus apici pilam auratam addidit: cuius uertice umbra colligeretur in semetipsam alia, atq; alia incrementa iaculantem apice, ratioe, ut ferunt, à capite hominis intellecta. Hæc dierum obseruatio triginta fere annis non congruit, siue solis ipsius dissongo cursu, et coeli aliqua ratione mutato, siue nniuersa tellure aliquad à centro suo dimota, ut deprehendi, et in alijs locis accipio, siue urbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto, siue inundatione Tyberis sedimento molis facto. Ibi dem autem effossum fuit horologium cum lineis, et gradibus deauratis, in singulis uero quatuor uentorum ima-*

r 3 gines

gines ex opere musi suo sculptæ uisebantur, cum hac inscriptione,

VT BOREAS SPIRAT.

Amphitheatrum Claudiū autem Imp. Amphitheatrum iuxta septa ædificatum Claudiū. cuius statuis, & columnis pulcherrime exornatū, quod à Tiberio imperfectum fuerat relictum, scribit Suet. item Neronem ludos spectauisse è proscenij fastigio munere, quod in amphitheatro ligneo, in regione Martij campi intra anni spatiū fabricato, dedit. Iunonis Lucinæ ædes ubi nunc S. Laurentij in Lucina.

De Valle Martia, Palatio & Porticu Augusti, & de Domitianī Naumachia, ac Flaujæ gentis templo.

C A P. X V I I.

Vallis autem Martia à campo, cui coheret, uel in quo est, nomen sortita, jacet inter Tyberim, & collem Hortorum. In hac autem ad radices eiusdem collis, loco maxime depresso, apparent Naumachiae Domitianī uestigia. Nam Suet. ait ipsum edidisse nauales pugnas penae iustarum classium, effosso, & circumstructo iuxta Tyberim lacu, atque inter magnos imbres spectauisse, struxisseq; stadium Methodeum, & Naumachiam, ac ex eius lapide postea circum Maximum, deustis utrinq; lateribus, extrectum. Hanc quidem Domitianī Naumachiam, ubi prius Augusti fuisse opinamur, Augustiq; stagnum longa dissuetudine limo repletum, ab ipso expurgatum, denominationemq; accepisse. Sed cum circa Tyberim dicat Suet. non sub colle hortorum, de loco dubium facere uidetur. Solutio est: Quod parum distat, iuxta dici potest. Nam ex Strabo colles, qui plus distare cernuntur, coronatos ad fluminis

fluminis alueum dixit. Legimus autem Augusti; ex Domini monumenta quedam circa hunc locum fuisse, ut par sit credere (sicut & natura loci ostendit) ibi utriusq; nau machiam stetisse. Iuxta quam idem Suet. gentis Flauiae tem Flauiae gena plum collocauit . cuius quadratos lateres amplissimos ex tis templum. ruinis, quæ ecclesiam S. Sylvestri, eiusq; monialium monasterium sepiunt extractos se uidisse ait Blon. quorum non nulli literas haberent in hæc uerba:

DOMITIANA MAIOR PARS.

DOMITIANA MINOR.

Ex quo se coniçere dicit, quicquid, siue Thermae, siue Methodeum, siue Naumachia fuerit, Domitiani opera omnina, que ad S. Sylvestrum undiq; nunc cernuntur, usq; ad S. Laurentij in Lucina ædem. Illud autem incertum naumachia, & lacus unum ex idem, uno in loco: an nomine ex loco diuersa. Iulius Capitolinus refert Augustum in Porticus. stituisse porticum in campo sub colle pedum mille, ita ut ab altera parte porticus mille pedum fieret, atq; inter eas spatium hinc inde uiridaria essent, lauro, myrto, & buxo frequentata, medium uero lithostratum breibus columnis intrinsecus positis, & singulis per pedum mille, quod esset deambulatorium ita ut à capite esset Basilica pedum quingentorum, cuius uestigia in radicibus collis Hortularum secus naumachiam adhuc apparere dicuntur. Sunt qui putant eiusdem principis palatium fuisse inter ædem S. Fe Palatium. licis in Pincis, & Augustam.

De Augusti Mausoleo, & ad eum de duobus
Obeliscis, ac de Marcelli sepulchro.

C A P. X V I I I .

r 4

Augustus

Augustus in ualle Martia, interq; viam flaminiā, & ripam Tyberis sexto suo consulatu Mausoleum, Mausoleum non suum modo, sed omnium Imperatorum, & cognatorum sepulchrum, extruxit. hinc Suet. in ipsius Augusti funere: Reliquias, inquit, Mausoleo condiderunt. de eodem Cassiod. ita scribit: Sed mundi dominus ad potentiam suam opus extollens mirandum Romanis, etiam erigens fabricam in ualle Martiam tetendit Augustus, immensa moles firmiter praeincta montibus continetur, ubi magnarum rerum indicia clauderentur. Bissenā quippe ostia ad xii. signa posuerunt. Commemoratione, inquit Strabo, dignissimum est, quod Mausoleum appellant, in excelsis fundatum molibus, lapide niveo, & perpetuae uiriditatis arboribus coopertum: in summum usque ad uerticem cubitorum c c l. ad fluminis ripam aggeratum. In summo autem positum est Cæs. Augusti simulacrum ex ære fabricatum. Sub aggere ipso sunt eius loculi, et coenatorum, & necessariorum. A' tergo uero locus est misericordia continens ambulacula. In medio autem campi spatio busiti extat ambitus, & hic ipse nivio perfectus lapide, in circuitu ferreos cancellos habens, & plantatas interiorius pra se ferentes populos. Huius autem Mausolei mentionet & Hierony. primo contra Iouinianū. Extat abhuc ubi uulgo Augusta dicitur, iuxta S. Rochi ecclesiam interior circumferentia reticulato opere. Olim uero tres circumferentias fuisse uestigia satis ostendunt, inuicem ita distantes, ut in plures partes intersecarentur, pluresq; efficerent loculos, quo quisq; seorsum à ceteris sepeliretur. Habuit enim hic locus in honore Augusti Pacis, ac Victoriae,

rie, ex P.P. inscriptionem. Quod uero cognati, et non modo imperatores in eo conderentur, probat Virgil. in Marcelli funere, cum ait:

Quantos ille uirum magnam Mauortis ad urbem
Campus ager gemitus, uel que Tyberine uidebis
Funera, cum tumulum præterlabere recentem.

Quanquam nonnulli molem illam instar turris, que est ad portam nuc populi ornametis spoliatam, Marcelli se pulchrum esse putent: sed cum ultra scorpionis iactum distet à Tyberi, rectius intelligemus de Mausoleo Tyberi incumbenti. Nam poëta eo uerbo præterlabere innuit Marcelli sepulchrum iuxta fluuim. Et in Mausoleo etiam libertos, uel certe apud conditos esse probat epitaphium cuiusdam liberti Augusti in marmore excisum, ibiq; inuentum, quod est:

D.

M.

VVLPIO MARTIALI AVGVSTI
LIBERTO A MARMORIBVS.

Mausolei autem nomen imposuit Augustus, quia ad similitudinem sepulchri Mausolei regis Cariæ ab Artemisia eius uxore structi fabricauerat. Apud hoc enim duo fure Obelisci magnitudine pares, singuli pedu x lii. quorum alterum inter ipsum Mausoleum, et Tyberim confectum iacere in via uidemus. Alter uero inuentus, nec effosus, post S. Rochi ædem sub tellure latet.

r 5

De uia

De Vía Flaminia, Trophæis Marij, &
quibusdam alijs ornamentis cam-
pi Martij in genere.

C A P.

XIX.

VIam Flaminiam, quæ olim iuxta Antotini Pijs co-
lumnam inchoabat, Cn. Flaminius, M. Lepidi colle-
ga in consulatu, uictor Ligurum, stravit. Hæc autem per
Narniam, Fuligicum, Nuccriam, Callium, Fanum Fortu-
næ, Pisaurum, Ariminum ducebat. Liuius uero scribit,
M. Aemilium Cos. Liguribus subactis viam à Placentia
productam Flaminiæ coiunxit: et Q. Flaminium viam,
quam Flaminiam appellauit, struisse: innuitq; habuisse fia-
nes ab Isauro, nunc Folia, ad Vaternum Fori Cornelij
amnem. Aemiliam uero inde ad Trebiam Placentiæ urbis
fluvium. Sed Flaminia erat consularis, de qua Sueton. in
Augusto ita meminit: Quo facilius undiq; urbs adiretur
desumpta sibi Flaminia uia Arimino tenus munienda, reli-
qua triumphalibus uiris ex nauali pecunia sternendas
curauit. Et Cicero ad Atticum: Propterea, inquit, quod
Thermus curator est uiae Flaminiae, quæ cum erit absolu-
ta: et reliqua. In hac autem Augusti Mausoleum in-
ter, et collem Hortulorum Trophæa Marij de Iugur-
tha fuere, argumento quod ibi marmorea tabula inuen-
ta est, cum indice C. Marij de triumpho Iugurthino hu-
ijsmodi;

Trophæa
Marij.

P R.

PR. TR. PL. Q. AVGVR TR. MIL.
 EX SORTEM BELLVM CVM IVGVR=THA NVMID. VEL PRO COS. GESSIT
 EVM COEPIT ET TRIUMPHANS IN
 IOVIS AVTEM SECUNDО CONSULA
 TV ANTE CVRRVM SVVM DVCI
 IVSSIT III. CONSVL APSENS CREA
 TVS EST. IIII. TEVTONORVM EX-
 ERCITVM DELEVIT V. CONSVL
 CIMBROS FVGAVIT EX EIS ET TEV
 TONIS ITERVM TRIUMPHAVIT
 REMP. TVRBATAM SEDITIONIBVS
 ET TR. PL. ET PRAETOR QVI AR
 MATI CAPITOLIVM OCCUPAVERANT
 VI. COS. VINDICAVIT POST LXX.
 ANNVM PATRIA PER ARMA CIVI
 LIA PVLSVS ARMIS RESTITVTVS
 VII. COS. FACTVS EST DE MANV=BIIS CIMBRICIS ET TEVTONICIS
 AEDEM HONORI ET VIRTUTI VI
 CTOR VESTE TRIUMPHALI CAL=CEIS PVNICEIS.

Tro

Trophæum Trophæi autem significatio à Var. in humarcho ita tradiatur. Fuga hostium Græce uocatur *spophi*, hinc spolia captæ fixa stipitibus appellantur trophæa. Syllæ sepulchrū Martio in campo statuit Appianus : Liuius Hircij et Pansæ: Florus uero Iulie. Nam Augustus Iulias filiā, neptemq; si quid eis accidisset, uetuit sepulchro suo inferri, autor Suet. In eodem campo Corn. Tac. Britannici sepulchrum posuit, in quo prius expugnationem fecerat Suet. Drusi, diui Claudiū patris. In domo autē et hortulo Angeli Coslotij hæc uisuntur, Socratis statua Alcibiadem amplexantis: Iouis Hamonis, Protheiūq; et Aesculapij simulacra: Menses cū signis, et diis tutelaribus: Scyphius, et Arion equi, quos in Thessalia, percussa terra tridente, Neptunus eduxit: Mensuraq; pedis Romani, qua nos urbem sumus dimensi. Verum in priuatis ædibus, quæ nunc sunt ex priscis ornamentis si numerare uellemus, longum simul, et laboriosum utiq; foret, fructus uero pertenuis : cum ibi non sint inuenta, sed hinc, inde translata. Quare hæc plus satis curiosis relinquimus. Martio autem alterum minorem campum proximum fuisse quidam uolunt, propter, qui sequuntur, Catulli uersus, Si me quesieris minore Campo: tum innumerabiles circumcirca porticus, horum numerosi, theatra tria, simul et amphitheatrum, templa magnificentissima inter se contigua, ut quasi aliud agentia, reliquam urbis uenustatem ostentare uideantur. Viam rectam appellatam, in campo Martio fuisse scribit Seneca.

Liber

LIBER SE PTIMVS.

De Tyberino Flumine. C A P . I.



E M P V S erat in Ianiculum, siue, ut nunc aiunt, in transyberinam regionē, transeuntes, antiquae urbis monumentis extremam manum imponere: occurrēte autem Tyberino flumine, quem regio-
nem ipsam ab urbe disternare supra declaratum est, nō uidetur alienum de eius etymologia, uarijs nominibus, la-
titudine, altitudine, natura, & lapsu pauca quedam prius exponere. Tyberis igitur unde dictus uaria est opinio. Tyberis una-
Aliqui dicunt quodam tempore Syracusanos uictores ce= de dictius.
pisse Atheniensium hostium ingentem multitudinem, &
eam cæsis montibus fecisse ut adderent munimēta ciuitati,
& tunc auctis muris, & foſsam intrinsecus factam esse,
que flumine admisso repleta, munitiorem reddidit urbem,
hancq; foſsam per hostium pœnam, & contumeliam fa-
ctam Tyberim uocasse, ἀπὸ τῆς θύετος, id est, à contume-
lia: & postea profectos Siculos ad Italiam, eam tenuisse
partem ubi nunc Roma est, Albulanq; flumen ad imagi-
nem foſæ Syracusanæ Thybrim, quasi θύειν, uocauisse.
Alij uero Thybrim regem Thuscorum fuisse, & iuxta
hunc fluuium pugnantem cecidisse, fecisseq; ei nomen.
Alij uolunt istum ipsum regem latrocinatum esse circa
huius

huius fluminis ripas, et trans euntibus crebras iniurias intulisse, Thybrimq; quasi *Uepin*, dictum. Quidam à Tiberi uicino Regulo Veientū Tebrim appellatū putant, autor Var. Quod autem à Tiberino Albanorum rege sit Tiberinus nuncupatus, ut scribit Ful. non procedit, ideo quia etiam ante Albam Tybris dictus inuenitur. In sacris quidem Tyberinus, in communi sermone Tiberis, in poëmate Tybris uocatur. Sed quod prius Albula dicetur, ostendit Virgil. cum inquit: Amisit uerum uetus Albula nomen, quod à colore aquarum prius obtinuerat. Antea uero Rumon uocabatur, quasi *ripas ruminans*, et exedens: et in sacris Serra: unde est, Et pinguia culta se cantem. In aliqua etiam urbis parte, Terentum, eo quod ripas terceret. Idem poëta cœruleum, Horatius uero flauum appellat. Oritur autem ex Apennino paulo supra Arnū, tenuis primum, deinde x lii. amnibus auctus, excrescit, precipue Nare, et Aniene. Thusciam primum ab Umbbris, deinde à Sabinis, nouissime à Latinis dirimens, urbemq; à septentrione ingrediens, à meridie inter Hostensem, et Portuensem uiam à dextris Ianiculum, à sinistris urbem relinquens, egreditur, in mareq; Tyrrhenum prope Hostiam uno legitimo ostio se exonerat: qualibet magnarum nauium mercator placidissimus. hinc Diony. Ex Ianiculo conspicua est Roma. Latitudo Tiberis quanto est iugerum, altitudo tanta, ut possit magnas perfere naues, neq; pedibus transfiri queat, nisi per pontē, qui Cos. L. Ebutio et P. Seruilio, unicus erat. Sinum autē, ut dictum est, Tiberis effundebat usq; ad radices Capitolij, Tarquinius enim primus omnium alueum direxit.

Postea

Postea Agrippa ædilis, & cursum direxit, & alueum mu-
 tavit, magnisq; saxonum molibus in utraque ripa locatis
 solidauit. Augustus uero ad coercendas inundationes eū=
 dem laxauit, ac repurgauit. Longo tempore post Aure=
 lianus Imp. firmissimo muro utrinq; usque ad mare ex=
 tructo, coercuit: cuius operis uestigia multis in locis ad=
 hoc cernuntur. Ancum autem Martium naualia extru=
 xisse commemorat Diony. his uerbis: Cumq; esset annis
 usq; ad pontes fluuialibus scaphis latis, magnis nauigari
 idoneus: ad Romanum autem maritimis quoq; nauibus, one=
 rarijs, magnis, nauale aliquod excogitauit ad egressum
 eius extruere, utens, ut portu, ostio annis ipsius. Pandi=
 tur autem multum in latitudine coniungens se mari, si=
 nusq; concipit magnos, quales portuum maritimorū illu=
 striū, nec obstruitur ad ostium marino littore, incorru=
 ptus, sicut pleraq; alia flumina, nec paludibus, aut stagnis
 errans aliquo in loco consumitur, priusquam mare con=
 tingat riuius: sed est periuus ubiq; nauibus, uno tantum
 effluit ostio legitimo, persecans dorsum maris. Naves igi=
 tur actuariæ per ostium eius intrant, & Romanum usq; rema=
 gio, & funibus tractæ adducuntur, maiores uero ante
 ostium ad anchoram fluctuantes, fluuialibus euacuatæ sca=
 phis exonerantur. Plinius: Pluribus prope solus in omni=br/>
 bus terris annis accolitur, aspiciturq; uilis, nulliq; fluui=br/>
 rum minus licet inclusus utrinq; lateribus, nec tamen ipse
 pugnat, quanquā creber, & nūquā magnis aquis, quā in
 ipsa urbe, restagnantibus: quinimò uates intelligitur po=br/>
 tius monitor austu semper religiosus. Plura autem erant
 hoc in loco dicēda de huius flu. natura, & cur Plin. austu
 suo

suo religiosum esse uelit. Sed cum LUDOVICVS Go-
metius, quem iuris diuini, & humani scientia, ac uitæ inte-
gritas præstantissimum Rotæ auditorem fecere, de his li-
bellum elegantि oratione in lucem ediderit, eadem in no-
strum transferre superuacaneum esse duximus. Quare de
Tyberino flu. hactenus. Illud tamen uos monitos uelim,
priscis temporibus non licuisse in huius ripa quidpiam
edificare, tanquam numini sacra, fuisseq; aluei & riparū
curatores, ut ex indice, apud pontem Aelium reperto,
habetur huiusmodi:

EX AVCTORITATE IMP. CAES. VE
SPASIANI AVG. P. M. TRIB. POT.
III. IMP. X. P. P. COS. IIII. V.
CENSOR CAIVS CALPETANVS RAN
TIVS QVIRINALIS VALERIVS CESTI
VS CVRATOR RIPARVM ET ALVEI
TYBERIS TERMINAVIT R. R. PROXI.
CL. P. P. CLXXIIII.

Depontibus supra Tyberim extuctis. C. A. II.

CVm Tyberis, nisi per pontes, in transstyberinam re-
gionem transmittat, operæ pretium erit uidere, quis
omnium primus supra Tyberim pontem struxerit, quo
nunc extent, quibus appellantur nominibus, à quibus ue-
xcitati singuli dicantur. Epicardus enim memoriae prodi-
dit Herculem, occiso Gerione, cum uictor per Italiam ar-
menta duxisset, pontem supra Tyberim ad tempus stru-
xisse. Vnde si quis situm locorum, & ea, quae de Caco,
ipsoq;

ipsoq; Hercule narrantur, consideret, facillime iudicabit non alibi Herculem ipsum posuisse, quam ad radices Auē tini, ubi postea Sublicius fuit. Ful. autem scribit ante urbē conditam fuisse pontem Sacrum, ex autoritate Diony. cuius sunt hæc uerba: Nam cum per cædes hominum Satur no sacrificaretur, ad placandam dei iram, hoc more sublatto ab Hercule, factum est pro hominibus, qui in Tyberim deictebantur, simulacra eorum sirpea deicerent, quos argeos uocabant, credituri ibi ante fuisse, ubi postea Argei. Sublicius, uel idem pons, argumento est, quod etiā inde simulacra sirpea eodem more in Tyberim deiecta scribit M. Var. cum inquit: Argei sunt ex sirpeis uirgultis simulacra hominum, et quotannis ē ponte Sublico à sacerdotibus iaci solent. Ouidius in Fast.

Tum quoq; priscorum uirgo simulacra uirorum

Mittere roboreo sirpea ponte solet.

Sed in his uerbis nulla fit mentio de ponte Sacro. Subliciu uero post urbem conditam positum esse satis constat. Laetantius uero de ponte Miluio præcipitari solere ait, in hæc uerba: Saturnus in Latio ita cultus est, ut homo in Tyberim de ponte Miluio mutteretur, quod ex responso quodam facilitatum Varro, est autor. Sunt autem pontes numero octo, Miluius, Aelius, Vaticanus, Ianiculensis, Cestius, Fabricius, Palatinus, Sublicius: quos, præter Sublicium, Totilas olim demolitus est.

De Ponte Miluio.

CAP. III.

Miluius Pons, quem nunc uulgò Moluium uocant, in via Flaminia situs, ultra primum lapidem distat ab urbe. Ferunt autem hunc saepius euersum, sepiusq;

piusq; instauratum, nihil ex ueteri structura, præter fun= damenta, retinere, de quo meminit Plin. de uiris illustri= bus, & Ammianus Marcellinus, aitq; à M. Scauro (qui fuit tempore Syllæ) in censura extructum: ad quem pon= tem Neronem uenitasse supra demonstratum est. In eo= dem legati Allobrogum nocturno tempore cum literis ad Catilinam deprehensi sunt, quibus coniurationem patefa ctam esse scribit Cic. Apud eundem pontem Constantinus magnus Imp. Maxentium tyrannum Maximiani filium, magicis artibus deditum militari stratagemate materia, ac nauibus supra Tyberim dispositis, fluvio submersum, su= perauit. Nam cum diuersis certasset prælijs, cōspecto de= mum in æthere crucis uexillo, clamantisq; uoce audita, ἐν τούτῳ νίκη, id est, in hoc uictoria: tandem uictor fuit: quæ uictoria extat in eius triumphali arcu sculpta, & in aureis numismatibus sæpe uidimus ipsi.

De Ponte Aelio, nunc S. Angeli, Vaticano,
sive Triumphali, ac Ianiculensi, sive
Aurelio. C A P. IIII.

SEquitur, post Milium, Pons nunc S. Angeli, olim
Aelius, ab Aelio Hadriano, qui eum iuxta sui sepul= chri molem excitauit, denominatus. Spartianus, Fecit, in= quit, & sui nominis pontem, & sepulchrum iuxta Tybe= rim. Quem pontem nulla alia de causa posuisse credendū est, quām ut per ipsum transeuntes proprius molem ipsam sp̄ctarent, eo maxime quod inferius erat pons (quod in Triūphalis. Vaticanum montem & campū mitteret) Vaticanus: alio
nemo

uero nomine Triumphalis nuncupatus, quia per ipsum triumphantes transeuntes, via eiusdem nominis, in Capitolum Ioui gratulatum ascenderent: et cum nobilium tantum esset, nulli ruricolæ per ipsum transire licebat. Huic pontis pilæ è regione hospitalis S. Spiritus in Tyberi adhuc extant. Tertius est in ordine, à proximo Ianiculo, Ianiculensis, qui & Aurelij, à uia, uel porta Aurelia, non Ianiculensis, men obtinuit. Legebatur olim in eo titulus huiusmodi:

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHICI DIVI NERVAE NEPOTIS TRAIANI ET HADRIANI AVG. PONT. MAX. TRIB. POT. IMP. IIII. COS. III. DRESIVS RVSTICVS CVRATOR VALETRIARVM TYBERIS ET CLOACA RVM VRBIS R. R. RESTITVIT SECUNDVM PRESIDENT. TERMINATIO NEM PROXIMAM CC. P. P. II.

Tradunt autem Antoninum Pium marmoreum fecisse, & Ciilibus bellis demolitum, pontem ruptū uocitatum. Longitudo est pedum CCCXV. Xystus uero Pont. Max. quartus multis post seculis in eam, quam cernimus, magnificantiam, & pulchritudinem instaurauit, quemadmodum titulus ibidem in marmore excisus ostendit, unde ab eodem nomen accepit.

s 2 De

276 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
De Ponte Fabricio, & Cestio.

C A P. V.

Post Aurelium pontem ad stadium, è regione theatri Marcelli, surgit in medijs Tyberinis fluctibus Insula, quam urbi coniungit Pons prius Tarpeius, à Tarpeia rupe propinqua: deinde Fabricius, à L. Fabricio, qui eum faciendum curauit, denominatus: ut testatur index in arcu pontis insculptus huiusmodi:

L. FABRICIVS C. F. CVR. VIAR.
FACIVNDVM COERAVIT, IDEM
QVE PROBAVIT Q. LEPIDVS
M. F. M. LOLLIUS M. F. COS.
S. C. PROBAVERVNT.

Nunc dicitur pons quatuor Capitum, à quatuor marmoreis simulacris quadrifrontibus in aditu pontis collocatis. Qui uero eandem insulam transstyberinæ regioni connectit, Esquilinus, siue Cestius olim, nūc uero pons S. Bartholomæi, à propinquo huius diui templo, nuncupatur: quem Valentinianum, & Valentem instaurasse à dextris, et sinistris in tabulis marmoreis ibi collocatis hæ inscriptions testantur:

DOMI

DOMINI NOSTRI IMPERATORES CAE
 SARES FL. VALENTINIANVS PIVS
 FELIX MAX. VICTOR AC TRIVMF.
 SEMPER AVG. PONTIF. MAXIMVS
 GERMANIC. MAX. ALAMANN. MAX.
 FRANC. MAX. GOTH. MAX. TRIB. POT.
 VII. IMP. VI. COS. II. PPP. II. ♂
 FL. VALENS PIVS FELIX MAX. VI-
 CTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG.
 PONT. MAX. GERMANIC. MAX. ALA-
 MANN. MAX. FRANC. MAX. GO-
 THIC. MAX. TRIB. POT. VII.
 IMP. VI. COS. II. P. P. P. ♂
 FL. GRATIANVS PIVS FELIX MAX. VI-
 CTOR AC TRIVMF. SEMPER AVG.
 PONTIF. MAX. GERMANIC. MAX.
 ALAMANN. MAX. FRANC. MAX.
 GOTHIC. MAX. TRIB. POT. III.
 IMP. II. COS. PRIMVM P. P. P.
 PONTEM FELICIS NOMINIS GRATIA-
 NI IN VSVM SENATVS AC POPVLI
 ROM. CONSTITVI DEDICARIQ.
 IVSSERVNT.

*Longitudinem autem passuum nostratum lx. habere di-
 citur, superior uero lxx.,* 53

De Insula Tyberina. CAP. VI.

Priusquam autem ad reliquos pontes deueniamus, uidendum est unde origo Insulæ Tyberinæ, quam formam habeat, quāta sit, quid.ue in ea fuerit. Principium uero huius nihil magis cognoscitur, quām ex uerbis Diony. Postquam enim Tarquinij in Lucretiam stuprum cō memorauit, ob idq; Tarquinios omnes ad unum urbe eiētios ostendit, subdit, Decretum consilium dein de omnia tyrannorum ferentes in publicum ciuibus omnibus expoſuerunt, ut quicunq; ex eis caperent, quisquis obtineret, agrumq; omnem, quantum illi possederant ijs, qui nul- lam haberent sortem, diuerferunt: unum tantum capientes campum, inter urbem & Tyberim iacentem, quem sacrum esse Marti antea decreuerunt, equis pratum, atq; iuuenibus ad bellicas exercitationes ludum opportuniſi- mum. Hunc campum, priusquam Marti sacrum, adscribens sibi Tarquinius feuerat. Nam cum cætera tyranno- rum bona populo auferenda concessissent, sed quod in campo illo natum erat frumentum, aliud in areis adhuc iacens, aliud in culmis, & quod iam tritum erat auferre nemini permiserūt, sed ut execrabile, nec idoneum quod in ædes portaretur, iaciendum furcis in flumen esse decreuerunt, unde insula creuit Tyberina. Luius etiam ea- dē ferè, quæ Diony. de origine insulæ dicit. Formā autē biremis habet, ut malus sit inter ipsos pontes, pars ue superior in acutum magis tendens prora: inferior uero tanquam latior puppis. Latitudo, ubi maior, teli iactum nō excedit, longitudo uero stadiorum duorum, uel circa. Hanc quidem describit Ouid.his carminibus:

Scindi

Scinditur in geminas partes circunfluū annis.

*Insula nomen habet, laterum quæ à parte duorum
Porrigit æquales media tellure lacertos.*

Priscis autem temporibus Insula Lycaonia uocabatur, si Lycaonia in-
cet tota Aesculapio esset sacra, propter eius simulacrum sula. Aescula-
ex Epidauro in eam aduectum, unde formam eius nauis, pīj simulacrum
qua aduectum est, locus accepisse dicitur. Quidam enim ci ex Epidauro
uitas pestilētia uexaretur, inspectis libris Sibyllinis sacer aduectum.
dotes animaduerterunt non aliter pristinam recuperari
salubritatem posse, nisi ab Epidauro Aesculapius esset ac-
ceritus. Itaq; misi legati Epidaurum in templum Aescu-
lapij perducti benignissime deum inuitarūt. Numen autē
ipsius subsecutum est. Siquidem is anguis, quem Epidau-
rij uenerabantur, in triremem Romanorum perrexit, ubi
Q. Ogulini legati tabernaculū erat. Legati lāti urbi adue-
xere in Insulam, ubi ci templum dedicatum. Plin. Atqui,
inquit, anguis Aesculapius Romam aduectus est, uulgoq;
pascitur, et in domibus. Visitur adhuc in hortis S. Bar-
tholomaei forma nauis ex lapide Thasio, et in eius latere
reptantis serpentis simulacru. Aedis uero Aesculapij ex-
tant adhuc uestigia quædam in eisdem hortis, cui iuncta
erat aui sui Iouis ædes. Ouidius:

Quod tamen ex ipsis licuit mihi dicere fastis,

Sacrauere patres hæc duo templa die.

Accepit Phœbo, nymphaq; Coronide natum.

Insula, diuidua quam premit annis aqua.

Iuppiter in parte est, cepit locus unus utruncq;;

Iunctaq; sunt magno templo nepotis auo.

Iouis autem C. Seruilius duumvir deditauit, uotam sex

s 4 annis

annis ante Gallico bello à L. Furio Purpurione prætre, & ab eodem cōsule locatam. In insula ideo ægroti exponebantur, quia Aesculapius medicinæ deus habetur: & ob hanc scientiam in deorum numerum acceptus, autor Corn. Celsus. Ad Aesculapij templum, fuit Nosocomion, id est, locus ubi ægroti curabantur: Vnde Aristophanes in Pluto inducit languentes in æde Aesculapij, ut medelarum fomentis refocillentur. & Plaut. in Gur. Lenonem Cappadocem, leniosum, iecorosum, pulmonariū in eiusdē dei ædem incubantem. Sunt qui uelint Aesculapio ædem in Insula ideo constitutam, quod ægroti in primis aqua indigere arbitrarentur, uel autor Plutar. quod fluxu, motuq; aquarum aër esset salubrior, nam alioquin huius sacrae ædes extra urbem excitari solebant: Claudio Imp. quum quidam ægra, & affecta mancipia in Insula tædio medendi exponeret, liberos esse sanxit. Liuius tertio quinto dec. commemorat Lucretium prætorem tabulis pictis ex præda fanum Aesculapij exornauisse. Habuit hæc Insula Aedes Fauni la in prora, & Fauni Aedem, quæ ita fluctibus cessit, ut ne uestigia quidē, appareant. Meminit huius Viciuuius, in hæc uerba: Prostyli exemplar est in insula Tyberina, in æde Iouis, & Fauni. Ouidius:
Idibus agrestis fumant altaria Fauni
 Hic, ubi discretas insula rumpit aquas.
 Liuius autem ait Cn. Domitium Aeneabarbum, & Cn. Scribonium ædiles multos pecuarios ad populi iudicium adduxisse, tresq; ex his damnatos esse, & ex eorum multititia pecunia ædem Faunij in insula fecisse. Probus scribit Faunum primū ædificia numinibus, lucosq; sacrasse, & ab,

et ab eo Fana dicta esse. In hac insula fuit statua D. Iulij,
quæ sereno, et immoto die ab occidente in orientem con-
uersa est: sicuti Cor. Tac. et Suet. testantur.

De Ponte Senatorum, siue Palatino, & Sub-
licio. C A P. VII.

SVccedit autem infra insulam, ad teli iactum, septimus
Pons, à Senatoribus Senatorum, qui et Palatinus, à
Palatino monte propinquo est denominatus. Nam au-
cta urbe, et moenibus, et ciuium numero, cum Sublicius
nō satis uideretur facere, hūc, qui via Aurelia in maritima,
Thusciāq; mutteret, addidere, de quo intellexisse opinan-
tur Luium cum inquit, M. Fulvius maioris usus locauit
portum, et pylas ponti in Tyberi, quibus pylis fornices
post aliquot annos P. Scipio, et L. Mumius censores lo-
cauerunt imponendos. Est enim pons multiplici fornice
compactus ad excipiendos biftdos, proximae imminentis
insulæ alueos, hodie pons S. Mariæ Aegyptiacæ à pro-
pinqua eius æde nuncupatur: in eo autem insculpta sunt
hec, uidelicet,

N V M I N I D E O R V M A V G. I O V I O P T.
M A X. A E D E M V O T O S V S C E P T O Q. L E=

P I D V S M. F. M. C V R I V S M. F. C O S. I I I.

S. P. Q. R.

s s IMP.

IMP. CAESAR DIVI TRAIANI PAR-
THICI NERVAE NEPOTI TRAIANO
HADRIANO AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. II. COS. II. QVOVIS OMNI-
VM PRINCIPVM ET SOLVS REMIT-
TENDO SEXTERTIVM NAVES MIL-
LIES CENTENA MILLIA ENIM DEBI-
TVM FISCI PTES EIVS SVAQ.
ET POSTEROS SVOS RESTITVIT HAC
LIBERTATE SECVROS IVLIA AVG.
MATER AVGG. ET CASTORVM MA-
TRONIS RESTITVIT.

SABINA AVGUSTA

MATRONIS

DIVVS AVG. PON. MAX. EX S. C. REFECIT.

Vltimus uero & antiquissimus omnium sequitur Subli-
Sublicius. *cius, ab Anco Martio rege non ad tempus, ut prius Her-*
cules, at in usu Po. Ro. perpetuo mansurus, extrclus, li-
cet totus ligneus. Nam sine ferreo clavo, sine fulturis ita
dispositus erat contignatione, ut trabes per bella exime-
rentur, ac reponerentur: quod quidem sic facere religio-
suum fuerat, postquam Coclite defendente ægre reuulsus
est, auctore Plin. Sublicius autem dictus, quia ilex species est
quercus, ex qua confici solebat: uel, ut alij, à sublicibus li-
gnis: lingua enim Volsca magnæ trabes sublices vocantur.
Lapidem deinde Aemilium Lepidum pretorem fecisse
memo

memorant, & ab eo Aemilium pontem denominatum.
 Vnde Aut. in itin. Post iterum, inquit, unus effectus (de
 Tyberi enim loquitur) per pontem Lepidi, qui nunc abu-
 siue lapideus dicitur, & reliqua. Hunc tyberinis fluctibus
 laesum restituit Tyberius. Cor. Tac. refert Othonem impe-
 rante subita inundatione fuisse perruptum, quem longo
 tempore post Antoninum Pium restituisse, autor est Iuc-
 lius Capitolinus. Quidam marmoreum posuisse dicunt, Marmora
 & in hunc usq; diem pontem marmoratum appellari. Hu tuus pons.
 ius enim vestigia in medio alveo ipsius fluminis, parum su-
 pra Naualia, adhuc cernuntur. Et quanquam de loco ua-
 ria traduntur, constat tamen ad Auentini montis radices
 fuisse, quod innuit Appianus, cum inquit: Auentinū ascē-
 derat Gracchus, mox inde fugiens per pontem ligneum
 ad alteram fluminis partem euectus est. In Sublicio autem
ponte confidebant pauperes stipem à transeuntibus pe-
 tentes. Sene. In Sublicium pontem me transfer, & inter-
 egenos abige, non ideo tamen me despiciam, quod in illo-
 rum numero consedero, qui manum ad stipem porrigit.
 Ex eodem facinorosi præcipitabantur in Tyberim. ex
 quo & Helio gabali Imp. cadauer annexo pondere, ne
 fluitaret, deic clum est. Post uero incensam à Gallis urbem;
 ob inopiam cibariorum decretū tulerunt, ut sexagenarij à
 ponte Sublicio in Tyberim tanquam patriæ inutiles, dei-
 cerentur, unde depontanei sexagenarij dicebantur. Veri- Deponanei
 tas tamen hoc habet, quod sexagenarij à suffragio repelle sexagenarij.
 bantur, & ita eos ponte deiici solitos ferunt: qui pons, ut
 retuli, olim erat apud Septa. Illud autē sciendū, pōtes, tam
 qui extra, quam q; in urbe erant, varijs temporibus à diuer-
 sis

sis fuisse restitutos hominibus, & inter alios ab Urso A-
lo, ut hoc eius epitaphium testatur:

VRSVS ALVS CIVIS SATRAPES EX
 VMBRIA IN ARMIS FLORVIT ADVLE
 SCENS VERO POSTQVAM FACTVS
 EST AEQVATVM CAPITOLIVM RE-
 CONDIDIT TABVLARIVM LEGES SER-
 VAVIT R. P. A FALISCIS LIBERAVIT
 QVIRITES IN EXILIVM PONTES RE-
 FECIT PLEBEM PACAVIT DIVISVM
 IMPERIVM RECONCILIAVIT.

VIX AN. XLIII. MEN. X. D. IIII.

Sed pontibus extuctis, in Transstyberinam regionem
transfemamus.

De Transstyberina regione, Rauenatum, & For-
 tis Fortune templo, Thermis Seuerianis, Hor-
 tis Cæsarisi, ac de aqua Alsietina, & de Pratis
 Mutijs.

CAP. VIII.

ITransstyberina regio priscis temporibus Ianiculi, à
 monte, qui plurimus ei immunet, nomen accepit. Ra-
 uenatum etiam urbem nominatim inuenio. Augustus enim
 contra Antonium, & Cleopatram uictoria potitus binam
 instituit classem, unam apud Mesenium Lucaniæ portum,
 qua Italæ insulas, oramq; Galliarum maritimam, Hispanias,
 Africam, Mauritaniasq; tueretur. Alteram apud Ra-
 uenam, cuius partes essent Adriatici sinus, Illyrici, Dal-
 matiæ

matie, Græcia, Thracie, Ponti, & Asie, atque Aegypti oræ necessitatibus subuenire. Cum itaq; Romano senatu ea in primis esset cura, ut nulla posset Romanum frequenter multitudo, cui non esset habitandi locus publice assurgatus, attributa est Rauenatis classis militibus regio Transtyberina, quæ exinde urbs Rauenatum dicta est, sicut & templum, Meritoriaq; taberna, ubi nunc S. Mariæ ades. In hac autem regione pauca admodum memorata digna extitere. quia addita cum fuisse urbi non inopia loci, sed ne Ianiculus mons arx hostium quandoque esset, propter pestiferos austros, quibus infestabatur, à uilissimis tantum hominibus, sordidissimasq; exercentibus artes, culta erat: Quare minime murum uideri potest, si paucis transfigi uerbis uidebitur. Spartianus tradit Seuerū Imp. Thermas sui nominis in regione Transtyberina fecisse. & Vopiscus, Aurelianum hyemales, quod aquæ frigidæ aëris illic decessent. Quarum uestigia, licet quidam inter montem aureum, & S. Francisci ædem esse dicant, nul libi tamen certa apparent. Cæsar hortos, & Naumachiam iuxta Tyberim habuisse dicitur, ubi Fortis Fortunæ templum, Tiberij tempore dicatum. Alsietina aqua, quæ & nœ templum Augusta dicebatur, ex lacu Alsietino uia Claudia miliario Alsietina xiiii. ab Augusto in hortos, & naumachiam perducta aqua. Transtyberinæ seruiebat regioni, de qua ita scribit Fron. Que ratio mouit Augustum prouidentissimum principem producere Alsietinam aquam, quæ uocatur Augusta, non satis perspicio, nullius gratiæ, imo & parum salubrem, & nusquam in usus populi fluentem: nisi forte cum opus naumachiæ aggredetur, ne quis salubrioribus aquis detrahheret

traheret, hanc proprio opere perduxit, et quod naumæ
chiæ cœperat superesse, hortis subiacentibus, et priuato=rum usibus concessit. Solet tamen ex Transtyberina re= gione, quoties pontes reficiuntur, et à citeriore ripa aquæ ex necessitate in subsidium publicarū salientiū dari. Hanc autem aquam Hadrianum prium pontificem restituisse, eiusq; aquæ fonte in platea S. Marie Transtyberinæ ex=tare, tenet fama, Albionamq; in hac regione agrum ab Al=bionarum luco, quo in loco bos alba immolabatur fuisse.
Prata Mutia è regione Naualium. Diony. Mutium autem mori eligentē pro patria regionem Transtyberim dona=uere de publico: hic locus prata Mutia usq; ad hanc æta=tem uocantur. Ludi pectorij in ripa Tyberis, prope ubi nunc Naualia, olim celebrabantur, autore Sex. Pomp.

De sepulchro Numæ, & Cæciliij poëtæ, Tri=bunali, Aurelio, Ianiculo, & hortis Mar=tialis.

C A P. IX.

Numa rex sub Ianiculo sepultus est, inquit Solinus. Diony. Iacet autem Numa in Ianiculo transtyberim. Caſſius Hemina quarto annalium libro prodidit Cn. Terentium scribam agrum suum in Ianiculo repastinan=tem offendisse arcam, in qua Numa situs fuisse, in ea=demq; libros eius repertos, P. Cornelio, L. filio Cethego, M. Bebio, Q. filio Pamphilo Coss. ad quos à regno Nu=ma colliguntur anni D XXXV. Et hos fuisse ex char=ta. De Numæ libris, et sepulchro Liuius hæc habet uerba: In agro L. Petilij Scribæ sub Ianiculo, dum culto=res altius moliuntur terram, duæ lapideæ arcæ octonos ferme pedes longæ, quaternos latæ, inuentæ sunt, opera=culis

culis plumbo deuinctis, literis Latinis, Grecisq; utraq; arca inscripta erat: in altera Numam Pomphilum regē sepultum esse, in altera libros Numæ inesse. Eas arcas cum ex amicorum sententia dominus aperuisset, quæ titulum seepulti regis habuerat, inanis inuenta, sine ullo corporis humani uestigio, aut alterius rei, per tabem tot annorū omnibus absumptis: in altera duo fasces candelis inuoluti septenos habuere libros, non integros modo, sed recentissima specie. Septem libri Latini de iure pontificio: septem Graeci de disciplina sapientiae: in quibus cum animadueteretur pleraq; friuolas religionū causas continere, ex S.C. in Co mitio cremati sunt. Tribunal Aurelium in Transtyberina Tribunal A*ut* regione fuisse arbitramur: de quo Cicero ad Quirites ita relium. meminit: Ego cum homines in tribunali Aurelio palam cōscribi, centuriariq; uidisse. Naualia autem priscis temporibus ubi e& nūc, de quibus Liuius quinto quinta dec. hæc scribit L. Aemilio Cos. naues, quæ in Tyberi parate, instructæq; stabant, ut si rex posset resistere in Macedonianam mutterentur, subduci, & in naualibus collocari, Se natus iussit. Sed in Ianiculum tempus est ascendere, quem Ianiculum. montem Ouid. arcem appellauit his carminibus,
Arx mea collis erat, quem cultrix nomine nostri

Nuncupat hæc ætas, Ianiculumq; uocat.

Hoc illi nomen fuisse putant, quod Janus ibi, uel sit sepultus, uel habitauerit. Virgilius:

Hic duo præterea disiectis oppida muris
 Reliquias, ueterumq; uides monumenta uirorum.
 Hanc Janus pater, hanc Saturnus condidit urbem.
 Ianiculum illi, huic fuerat Saturnia nomen.

A*ut*

Alij quod ex Ianiculo Romani primum iter in Hetruriam fecere, & ab eo transitu Ianiculum dictum. Janus enim transitus uocatur, ut si sum est supra. Plinius: Satura, inquit, ubi nunc Roma est. Antipolis ubi Ianiculus, in parte Romæ. In hoc colle Mar. hortos amoenissimos habuit, quos ipse met libro primo multis celebrat ueribus.

Idem Plin. tradit, Q. Hortensium dictatorem cum in Ianiculū secessisset, legem in Aesculeto tulisse. Eusebius uero Cæcilium Statiū poëtam, in eodem sepultū esse. Huius autem collis forma in longum porrigitur, a spicatur à porta nunc Turrionis, & sex, plus minus stadijs in meridiē extenditur: assurgit plurimus ad portam Aureliam.

De monte, & Campo Vaticano, templo Apollinis, & Martis, Naumachia, Circo, & hortis Neronis, ac de Obelisco Cæf. C A P. X.

Vaticanus
mons.

Expositis ijs, quæ ad Transyberinam regionem, siue Ianiculum, pertinere uidebantur, Vaticanum dico montem, & campum (quoniam extra urbem) his proximum addere, ex situ descriptione, admonemur. Vaticanus igitur mons is est, in quo S. Petri templum, Pontificisq; palatiū spectatur. Vaticanani autem uaria traditur etymologia. Gellius enim scribit, agrum Vaticanum, & eiusdem agri deum præsidem appellatum à Vaticinijs, quæ u, & insinatu dei eius in eo agro fieri solita essent. Var. in libris diuinat. aliam tradit istius nominis rationē. Nam sicut Aius, inquit, deus, araq; ei statuta, que est in infima Noua uia, quod in eo loco diuinitus uox edita erat, ita Vaticanus deus nominatus, penes quem essent uocis humanae initia

ne initia, quoniam pueri simulatq; parti sunt, eam pri-
mum uocem edunt, quæ prima in Vaticano syllaba est.
Sex. uero Pompeius uult collem hunc Vaticanum nuncu-
patum, quod pulsis Hetruscis eo potitus sit Pop. R. o. ua-
tum responsis. Plinius refert tempestate sua Ilicem in Va-
ticano fuisse, in qua titulus æneis literis Hetruscis, reli-
gione iam tum dignam arborem fuisse, signaret. Apol= Apollinis ♂
linis templum eo in loco statuunt, ubi nunc sacellum S. Martis tem-
Petronillæ, sicut Martis, ubi S. Mariæ cognomento de plum.
Febribus, in via olim Triumphali. Iulium Paulum, Poë-
tam, prædiolum in Vaticano posseditse commemorat Gel-
lius. Cor. autem Tac. Neronem clausisse in ualle Vatica-
ni spatiū in quo equos regeret, apudq; nemus, quod
nauali stagno circumposuit, conseuisse. Conuenticula, ♂
cauponas extruxisse, obtulisseq; hortos suos ad uaria in
Christianos tormentorum genera, spatiūq; illud Cir= Circus.
cum appellatum. In quo idem Nero circense ludicum
habitu aurigæ edebat, permixtus plebi, uel circulo insi-
stens. Et quia Plinius Obeliscum Vaticani in Caij, ♂
Neronis Circo ponit, arbitrantur nonnulli nauale sta-
gnum, siue Naumachiam secus ipsum montem, quæ ad por-
tam Pertusam itur, fuisse. Hortos uero à clausura illius cir-
ci ad Tyberim. Obeliscus autem secus ecclesiam Aposto= Obeliscus
lorum, in via olim triumphali, solus ex maioribus omni= Cæf.
bus, nunc est erectus, his titulis inscriptus:

DIVO CAESARI DIVI IVLII F. AVGV-
STO TI. CAESARI D'VI AVGVSTI F.
AVGVSTO SACRVM.

t . . Ab altero

Ab altero uero latere,

DIVO CAESARI DIVI IVLII F. AVG
STO TI. CAESARI DIVI AVGVSTI F.
AVGVSTO SACRVM.

In cuius uertice pila aurata posita est. De hoc autem obelisco Plinius ita scribit: Tertius est in Vaticano Caij, & Neronis principum circo, ex omnibus unus omnino fractus in molitudine eius, quem fecerat Sostridis filius Nuncoreus, & post cæcitatem, uisu redditio, Soli sacrauit, altitudine cubitorum centum. Idem ubi de magnitudine arborum tractat, hæc habet uerba: Abies admirationis præcipuae uisa est in naui, quæ ex Aegypto Caij principis iussu Obeliscum in Vaticano circo statutum, quatuorq; truncos lapidis eiusdem ad sustinendum eum, adduxit: qua naui nihil admirabilius uisum in mari certum est: centum uiginti modij lentis pro faburra ei fure. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Hostiensis portus, latere leuo, ibi nanq; demersa est à Claudio principe. Arboris eius crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat.

De Via Triumphali, Aqua Sabbatina, & Se-
pulchro Scipionis. CAP. XI.

TRiumphalis autem viæ mentio licet facta sit supra,
tamen libet hic ostendere quo tramite in Capitolium perduceret. Parata igitur triumphali pompa in territo-
rio triumphali, per viam procedebant Triumphalem, cui-
ius stratæ silicibus particula adhuc cernitur sub S. Spir-
itus hospitali, ut per nunc dirutū pontem Tyberis trium-
phalem

phalem ibi proximū, ex portam pariter dirutam eius portis triumphalē, cuius ampla cernere est fundimenta, in urbem, et ad Capitolium duceretur. Continuabatur autem via triumphalis ad posteriorē olim porticum S. Celsi, inde S. Laurentij in Damaso ecclesiam, et post Floræ campū petebat: idq; hinc maxime proximis temporibus cernere sicut, quod in continuatis super eam domibus fundamenta iacere, aut puteos effodere molientes, siliceam ueterem offenderunt, spatioſiſimam, à campo Floræ ad nunc platem Iudæorum, inde Iunonis templum, nunc S. Angeli ecclesiam, postea ad S. Geor. in uelabro procedens via, sub nouis ædibus, ruinisq; ab effodiētibus inuenitur, quo= usq; Ianī templo, Velabroq; proxima in clium desitura capitolinū detecta cernitur, Blon. In hortis Pontificis ui= situr hodie Nili simulacrum, et circūquaq; animalium gene= ra in eo flu. nascentiū, ac Tyberis, cū pueris urbis condito= ribus lupæ mammam tractantibus. Apollinis cū arcu, et spiculis signū, Laocoontisq; Virgiliani cū duobus filijs, de quo supra facta est mentio: Veneris paruum Cupidinē iuxta se despicientis, et Cleopatræ fonti appositū, exan= guis similis. Quæ omnia exornandi locū gratia hinc inde eō sunt translata. Extant et multa alia antiqua monumen= ta in porticu eiusdem pontificis, ac in uinea ad primum la= pidem fermè è regione pontis Miluij, quæ, cū ibi non sint inuenta, nullam antiquorum locorum præbent cognitio= nem. Quare his omisiis ad utiliora ueniamus. Sabbatinā aqua à Sabbatino Anguillariæ lacu Romā perducta erat, cuius formæ uestigia quedam extra portam Aureliam ex= tare dicuntur, hanc Hadrianus primus pontifex restituit,

t 2 perduxitq;

perduxitq; in Basilicam diu Petri ad usum sacerdotum,
 & ad lauandos pauperum pedes in coena domini. In cam-
 po Vaticano, haud procul à mole Hadriani fuit ingens
 Meta, siue Pyramis, quam Alexander sextus pontifex
 destruxit, ut viam ad eandem basilicam aperiret, uel ne
 esset hostibus tanquam propugnaculum contra propin-
 quam arcem, cuius fundamenta uidimus effodi superiori-
 bus annis. Sunt autem qui uelint Septem Epulonum fuisse
 sepulchrum, uel Scipionis: de quo Acron Horatijs inter-
 pres sic meminit: Deuicta Carthaginem uirtute Scipionis
 Africani, cum Afri aduersus Romanos denuo rebellaret,
 consulto oraculo responsum est, ut Sepulchrum Scipionis
 fieret, quod Carthaginem respiceret, tunc leuati cineres
 sunt de Pyramide in Vaticano, & humati in sepulchro
 eius in portu, ut Carthaginem respiceret. Gentile tamen
 Scipionum sepulchrum in via Appia fuisse declarabimus.
 Huius autem Pyramidis forma uisitetur in porta ænea eccle-
 siæ Apostolorum cœlata.

De Mole Hadriani, & Pratis Quintijs.

C A P .

XII.

AELIUS HADRIANUS Imperator iuxta Aeliū sui cognomini pontem, Molem, siue Sepulchrum, erigente Mausolei Augusti, excitauit, ut index in ipsa incisus ostendit huiusmodi,

L. H A E L I O C A E S . D I V I H A D R I A N I
 AVG. F. COS. II. F. &

Spartianus. Fecit & sui nominis sepulchrum iuxta Tyberim. In-

rim. In hoc autem ipse primus sepultus dicitur, et post omnium Antoninoruū cineres conditos esse inscriptiones, et epitaphia ibidem in marmore incisa ostendunt, ex quibus satis erit hæc, quæ sequuntur, notauisse:

IMP. CAES. DIVI TRAIANI PARTHI
CI FILIO DIVI NERVAE AD NEPOS
TRAIANO AVG. PONT. MAX. TRIB.
POT. XXII. IMP. II. COS. III. P. P.
ET DIVAE SABINAE IMP. CAES. T.
AELIUS HADRIANVS ANTONINVS
AVG. PIUS PONT. MAX. TRIB. POT.
II. DESIGN. IIII. COS. II. P. P. PAREN
TIBVS SVIS. Item:

IMP. CAESARI L. AVRELIO VERO
AVG. ARMENI. AC MED. PARTHIC.
PONTIF. TRIBVNIC. POT. VIII. IMP.
V. COS. III. P. P.

Lampridius autem refert Commodum iussu Pertinacis in monumentum Hadriani translatum. Iulius uero Capitolinus Seueri cadauer illatum in Hadriani sepulchrum, in quo et Cæsar pater eius naturalis sepultus fuerat. Idem docet Antoninuū Pium Hadriani patris sepulchrum instaurasse, eiq; templum dedicauisse. Hanc equidem molam hodie Pontifices pro præsidio habent. Est enim ampla, rotunda, solida, et inexpugnabilis, olim extrinsecus

t 3 marmore

Arx Crescen marmore incrustata. Dicitur etiam ars Crescentij à Cre-
tij. scentio quodam foetioso duce ex oppido Nomento, quē
illam in suam potestate cum redigisset, diu tenuit, donec
Theutonicorum fidei, qui illam oppugnabant se commi-
tens, ab illis est trucidatus. Describitur à Procopio hoc
modo: Hadriani quondam Imp. sepulchrum extra por-
tam Aureliam, siue, ut nobis placet, Aeliam, iactu lapidis
impositum. Primus eius ambitus quadrigati figuram ha-
bet, constat enim totus ex marmore pario, summa artifi-
cum diligentia edificatus. In medio uero huius quadrati
rotunda moles assurgit, excelsa altitudine, & tanta, ut in
suprema eius parte area sit, cuius diameter uix iactu la-
pidis transfigitur. Quam molem Belisarius occupans pro-
arce, & praesidio contra Gothos usus est. Erant olim in
summa parte undiq; magna statuae hominum, equorum,
quadrigarum miro artificio elaboratae: has partim inte-
gras milites demoliti, partim confractas in hostes deiece-
runt. Visuntur adhuc in hoc monumento boum capita,

Prata Quintia & quædam alia insculpta. Prata autem **Quintia**, à Q.
Cecinnato denominata, in campo Vaticano fuisse, Plinius
sic commemorat: Aranti quatuor sua iugera in Vatica-
no, quæ prata **Quintia** appellantur, uiator attulit dicta-
turam. Locus enim nūc Aprata uulgò dicitur. Theatrum
in pratis Vaticanis inter pontē Milvium, & molem Ha-
driani ponit Fulvius, autore Procopio, ad ludos gladiato-
rios edificatum: à quo autem nō meminit: Extant, inquit,
hodie (ut creditur) uestigia quædam in uinea Io. Alberi-
ni patricij Ro. At Circum non theatrum cum fuisse ego
crediderim, ut forma adhuc præ se fert, nisi pperā inter-
pres

pres locum uerterit. Nam in theatris ludi scænici siebāt,
in circis uero equorum cursus agebantur.

De ijs quæ extra portam Flumentanam,
& Collatinam fuere, uel nunc sunt.

C A P . X I I I .

Quanquam ex situ descriptione antiquæ urbi, ex nouæ iure optimo finem imponere liceret, tamen cum maiorem quandoq; ambitum adepta sit, suburbiaq; in id producta essent spatiū, ut hinc Tyrrhenum mare, inde Oriculi attingerent pontem, multa memoratu digna extra relinquuntur, ex quibus et temporis uetusitate, et bellorum iniuria pauca quædam in nostram peruenere cognitionem, quæ percurrisse non minus conduce re, grataq; fore arbitramur ijs, quæ intra urbis mœnia sunt comprehensa. Quare, ex ordine instituto, à porta Flumentana exordium sumamus, à qua ultra primum lapidem occurrit Milvius pons, de quo paulo ante satis declaratum est, sicut de ortu, naturaq; Tyberis, ac uia Flaminia, quæ, ut diximus, à Cn. Flaminio Ariminum Flaminia usque strata, ab eodem etiam denominationem accepit. uia. Vias enim urbis ex silice fermè omnes stratas fuisse indicant uestigia, tam extra, quam intra urbem multis in locis existentia. Ideò fernè omnes dictum est, quia Lilius primo dec. quintæ ait, M. Aemilio Cos. Cœfores uias sternendas silice in urbe, glareæ extra urbem substruendas, marginadasq; omnium primos locauisse. Et Plut. Cn. Gracchum certis regionibus uias direxisse, et eas passim lapide strauisse, partimq; arenæ muniuisse aggeribus, initia adæquantæ, et quantu ualles, torrétesq; abrūpebāt,

t 4 pontibus

pontibus æquali altitudine coniungentem. Quibus uerbis patet nō omnes silice fuisse stratas. Idem autē Gracchus dimenso uiarum spatio singulis miliarijs columnas lapideas, spatiij signa preferentes, constituit, lapidesq; parum inter se distantes ex utraq; uiarum parte dispositi, ut ex illis facile in equos esset ascensus. In Flaminia Augustus quatuor pontes, præter minorū pontium turbam, maximo extruxit opere, atq; impendio, ex quibus nunc integer solus extat, qui Ariminū, suburbiumq; conjungit. Miluius multa, que ab eo accepit ornamēta, prorsus amisit: et qui Tyberim item sub Ocriculo iungebat, parte una succisus, in arcis fundamenta concepsit. Is uero qui sub Narnea Narem amplectebatur Flu. multis, ut uidetur, seculis, uel succisum, uel collapsum uetusstate, fornicem medium amisit, Blon. In eadē autem via sepeliebantur defuncti. Iuuuen.

Quorum Flaminia tegitur cinis, atq; Latina.

Visuntur et hodie in ea magnæ sepulchrorum moles. **Ad Gallinas.** nius docet in Flaminia Cæsar is uillam, quæ ad Gallinas dicebatur, positam esse: eius sunt hæc uerba: Sed et circa diuum Augustum cuncta eius digna memoratu. Namq; Liuiae Drusillæ, quæ postea Augusta matrimonij nomen accepit, cum pacta esset illa Cæsari, gallinam conspicui candoris sedenti aquila ex alto abiecit in gremiu, ille sam: intrepideq; miranti accessit miraculu, quoniam tenentem rostro laureum ramum onustum suis baccis, conseruari alitem, et sobolem iussere aruspices, ramumq; eum seri, ac rite custodiri, quo dqt; factum est in villa Cæsarū fluvio Tyberi imposita, iuxta nonū lapidem Flaminia via, que ob id

ob id uocatur ad Gallinas. Eadē fermè scribit Suet. in Galba uita. Huic autem uiae iuncta erat Claudia, ubi Horti Ouidij, ut ipse testatur, his uersibus,
Nec quæ poniferis positos in collibus hortos
Spectat Flaminiæ Claudia iuncta uia.

Aemilia uia à lerido Flaminij collega strata, ut quorundam est opinio, ab Aemilia regione Bononiam usq; cuius uestigia multis in locis adhuc cernuntur. Fuerunt autem Aemilie due, altera quæ Flaminiam excipiebat, altera quam stravit Scaurus per Pisas, & Lunam in Sabatios usque. Fuit & Tyberina uia, & Cassia extra portam Tyberina nunc Viridariam, quæ Sutriū, Vetrallam, Viterbiūq; uia. & Vulfinensem mittebat, cuius quota pars, ex saxo quadrato strata, alicubi adhuc uidetur. Clitellæ, inquit Clitellæ. Sex. Pompeius, dicuntur non tam hæ, quibus sarcinæ colligatae mulis portantur, sed etiam locus Romæ per similitudinem, & in via Flaminia loca quædam deuexa, & accliuia. Galienus autem Imperator parauerat porticum Flaminiam usque ad pontem Miluium, ut trestice fieret, siue pentastice, ut primus ordo pilas haberet, & ante se columnas cum statuis, secundus, & tertius deinde diateffaron columnas autor Tremellius, perficerit ne, incertum. Extra autem portam Collatinam uia eiusdem nominis exit, in qua Virgo Aqua concipitur: Collatian olim mittebat, nunc uero, haud procul à porta, Salariæ uiae iungitur. Et quia moenia Collinam portam non excedebat, Collatina priscæ urbis porta non erat, ideo pauca, quæ extra hanc fuere, in cognitione nostram possunt peruenire.

De ijs quæ extra Portam Collinam fuisse træduntur. C A P . X I I I I .

Sequitur porta Collina, cuius via nunc, ut olim, Salaria via. **S**alaria nuncupatur, quod per eam Sabini salem in urbem deferebant: dicit in Sabinos, & apud Eretum in ipsam incidit Numentana. De Salaria meminit Cor. Tac. hoc modo: Tertium agmen per Salariam Collinæ por= Veneris Erytæ appropinquabat. In hac Veneris Erycinæ templum cinæ templū. fuisse diximus, ubi restagnante Tyberi Apollinares celebrabantur. Hoc autem templum prope portam fuisse Appianus sic docet: Cum copijs subinde prouectus Sylla ad Collinam portam castra locat, non longe à Veneris templo. & Ouid. sic,

Templa frequentari Collinæ proxima portæ
Nunc decet, à Siculo nomina rege tenet.

Vtq; Syracostias Aretusidas abstulit armis
Claudius, & bello te quoq; cepit Erys.

Votum quidem ferunt à Fabio dictatore: dicatum uero à L. Portio: idq; insignē Porticum habuisse scribit Strabo.

Veneri autem uirgines paruas imagunculas, quas in delicias habebant, olim offerebant. Persius:

Nempe hoc quod Veneri donatæ à uirgine Rupæ.

Ad id etiam matronæ uirilis membra figurā diuinis p̄æticentes honoribus, magna sacroruū pompa perferebant:

Venus Ver= ubi fuit & simulacrum Veneris Verticordiae, quod homi tcordia. nes ab effusa libidine auerteret. Ouidius:

Roma pudicitia proauorum tempore lapsa

Cunæam ueteres consulisti anum.

Templa iubet Veneri fieri, quibus ordine factis

Inde

Inde Venus uerso nomine corda tenet.

Pudicissima, inquit Plin. foemina semel matronarum sententia iudicata est Sulpicia Paternuli filia, uxor Fuluij Flacci, electa ex centum præcipuis, quæ simulacrum Venoris ex Sibyllinis carminibus dedicaret. Eadem uia, ad 11. lapidem insigni monumento sepultus fuit Licinus ton. Licinus ton. for Augusti, prædiues. Secus eandem uiam extat sepul-for. crum quoddam, in templi formam constructū, in quo Cereris, Bacchiq; picturæ cum uitibus, & hydrijs cernuntur. Extra uero Collinam portam Honoris templum statu. Honoris tem tuit Cic. secundo de le. cum inquit: Nostis extra portam plum. Collinam Aedem Honoris? & Aram in eo loco fuisse memoriæ proditum est: ad eam cum Lamia fuisse inuenta, in ea scriptum domina honoris, ea causa fuit ædis eius edificandæ. Sed cum multa in eo loco sepulchra fuissent, exarata sunt. Statuit enim collegium locum publicum non potuisse priuata religione obligari. Per Collinan autem memorant Gallos Senonas ingressos, urbem diripuisse. Ab ipsa porta tertio miliario procul Annibal castra cum posuisset, ad Herculis templum progressus est urbem expugnaturus, sed ter imbris, & grandine repulsus, obsidione urbem soluit. Via Salaria ad 111. lapidem supra Anienem occurrit pons Salarius, priscum adhuc seruans nomen, sicut & uia: In eo autem incisa sunt huiusmodi:

IMPE

300 ANTIQVAE ROMAE TOPOGR.
IMPERANTE D. N. PISSIMO AC TRI=
VMPHALI SEMPER IVSTINIANO P. P.
AVG. ANN. XXXVIII. NARSES VIR
GLORIOSVS EX PRAEPOSITO SACRI
PALATII EX CONS. ATQVE PATRI
CIVS POST VICTORIAM GOTHICAM
IPSIS EORVM REGIBVS CELERITA
TE MIRABILI CONFLICTV PUBLI
CO SVPERATIS ATQVE PROSTRATIS
LIBERTATE VRBIS ROMAE AC TO
TIVS ITALIAE RESTITVTA PONTEM
VIAE SALARIAE VSQVE AD AQVAM
A NEFANDISSIMO TOTILA TYRAN
NO DISTRVCTVM PVRGATO FLV
MINIS ALVEO IN MELIOREM STA
TVM QVAM QVONDAM FVERAT
RENOVAVIT.

Item carmina hæc:

Quam bene curbati directa est semita pontis,
Atq; interruptum continuatur iter,
Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas,
Et libet irata cernere murmur aque.
Ite igitur faciles per gaudia uestra Quirites,
Et Narsim resonans plausus ubiq; canat.
Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
Hic docuit durum flumina ferre iugum.

Anio,

Anio, inquit Diony. ex urbe Tibure effusus per excelsum scopulum multus per planiciem Sabinorum, Romanorumq; fertur, disternans utraq; regionem, influitq; in Tyberim parum infra pontem Salarium, aspectu pulcher, & potu dulcis. Et quia ex sublimi in uallem subiectam fertur, præcipitem Horatius appellauit: sicut ex Statius primo Syl. In hoc sepultam fuisse Iliam scribit Acron. Apud eundem pugnauit Torquatus. Martiq; se pulcrum fuisse testis est Cic. de leg. Simulacrum Sibyllæ Sibyllæ Tiburtinæ, quæ Tiburi colebatur ut dea, in gurgite Anie burtina finis inuentum est, tenens in manu librum, cuius sacra Se=mulacrum. natus in Capitolium transtulit.

De ijs quæ extra portam Numentanam,
& Interraggeres fuere, uel hodie sunt.

C A P . X V .

Quarto ordine succedit porta Numentana: ab ipsa incipit eiusdem nominis uia, qua itur Numentum, quod est in Sabinis. Dicta est etiam Ficulnensis uia. Li=Ficulnensis uius: Decemviri Numentana, cui tum Ficulnensis nomen uia. fuit, profecti, castra in monte Sacro locauere. Ficulnensem autem appellauit à loco ubi figlineæ, sicut apud Te=staceum, fiebant. Extra eandem portam Næniæ, quæ can Næniæ tem=tu querulo funeribus adesset, templum fuisse legitur. Nam plurimum, quos obesse putabant, templo, extra urbem, ut plurimum, ponebantur: ideò ut plurimum dicimus, quia in Palatio Febris Fanum, in Esquilijs Malæ Fortunæ, ad radices Auentini Socordiæ, & apud Augusti forum Martis Vltoris templum fuisse, uisum est: quæ numina, non ut opem

Via Numen ut opem ferrent, sed ne obessent, colebantur. Via Numentana, citra secundum lapidem, occurrit à sinistra S. Agneta. Templū Bacchis aedes, prope quam uisitum uetustissimum Bauchi templum, sphærica forma, columnis circunquaq; in gyrum dispositis, templiq; testudinem sustinentibus: ubi è musico opere ornamenta picturæ, & ipsius dei gesta effigiatæ cernuntur, & Porphyreticum sepulchrum uitibus, & uis insculptum, quod Bacchi esse multi fabulantur. Appearant autem apud hoc templum, uersus septentrionem, magni cuiusdam aedificij ruine, ubi Theatrum extitisse memorant: nos uero nihil certi habemus, quod de ipso dicatur. Hinc uero ad stadia quatuor, iterum sese offert

Pons Numentanus, super quo est pons Numentanus, priscum retinens nomen, sicut & uia: quem pontem Narsete eunuchus extruxit. Inter hanc quidem uiam, & Salariam ad

1111. miliarium fuit Suburbanum liberti Neronis, quo fugiens ipse princeps seipsum interfecit, auctor Suet. Extra autem portam Interraggeres occurrit statim locus planus, instar magnæ areæ, quadrata forma, parietibus circumscriptus, qui dicebatur Castrum Custodiæ, ubi fuerant

Castrum Cumseptus, qui dicebatur Castrum Custodiæ, ubi fuerant olim in statione milites prætoriani Dioclitiani Imp. Procopius uero scribit è regione Viuarij forinsecus ueteres Romanos alterum breuem murum modico interuallo adieciisse, non ad tutelam, sed ad delicias, ut leones eo loco, & alias bestias seruarent. Vnde olim locum ipsum Viuarium, hodie uero Viuariolum uocant.

De his quæ extra portam Esquilinam, Næviam,

Cœlimontanam, & Cabiusam suere, uel

fune.

C A P.

XVI.

Exit

Exit à porta Tiburtina eiusdem nominis uia, quæ Tibur mittit. In hac apud S. Laurentium iacet Obe- liscus in uinetis confractus: haud ita multo post, obuius fit supra Anienem pons Mancus, uulgò Mamolo appellatus, ab Antonino Pio extructus, qui à Mamea Alexan= pons. dri matre instauratus, eius nomen adquisiuit. Quartus pons super eundem fluuium Lucanus nuncupatur, qui propior est Tiburi, quam Romæ, ibiq; est sphærica moles. In ponte uero legitur index Ti. Plantij autoris. Su= pra Tibur autem xx. miliario concipitur Anio Vetus, partim in Tiburtinum usum, partim Romanum deductus, qui minus salubris in hortorum rigationem, atque urbis sordidiora extaret ministeria: hanc aquam post annos xl. quam Appia perducta est, anno ab ur. con. cccc= lxxx. Curius enim dentatus censor cum L. Papirio deducendam curauit ex manubijs de Pyrrho captis. Item post biennium actum est in Senatu de consummatione eius: tamen ex S. C. duumiri aquam perducentes creati, Curius, & Fulius Flaccus locauerant. Curius intra quin= tum diem decepsit: gloria perductæ pertinuit ad Ful= uium. Sed quoniam duæ Anienis aquæ in urbem fluebāt, ut facilius dignosceretur, Anio nouus coepit uocari, prio= ri uero cognomen Vetus adiectum. Nouus autem Anio Sublacensi concipitur uia, ad miliarium xlii. iungitur ei riuis Herculaneus, oriens eadē uia ad miliarū xlivi. Ductus Anienis Novi efficit paß. lviii. nullia, cuius riū Frontinus à Ncrua Imp. procurator aquarū consti= tutus, restituit, & in urbem deduxit. Strabo extra Esqui= linam portam Labicanam, & Frænestinam uiam egredi ostendit

Poticole.

ostendit, his uerbis: Porrò in unum cadit Labicana uit à porta quidem Esquilina, à qua & Prænestina: à finistra uero hanc, & Esquiline campum omittas: ultra centum uiginti stadia pergit, tum & Labico propinquat, & hoc, & Tusculum relinquit. Ab hac eadē porta haud procul, erat locus, qui olim Poticole, dicebatur, quod ibi essent frequentes putei in quibus condebantur combustorum ossa ex propinquo campo Esquilino. Poticole, inquit Elius, quod putrescant ibi cadavera proiecta, qui locus publicus ultra Esquilias. Via prænestina inter sextum, & octauum miliarium, in agro Lucullano cœpit aqua Appia, diuerticulo sinistrorsus passuum DCC LXXX. habet longitudinem à capite usq; ad Salinas. hæc M. Valerio Max. P. Decio Mure Coss. anno XX. post initium Samnitici belli inducta est ab Appio Claudio censore, cui postea Aegro fuit cognomen. Collegam autem habuit C. Plautium, cui ob in quæstas eius uenias Venocis cognomen datum est: sed is intra annum, & sex menses deceptus à collega, tanquam idem facturo, abdicitur à censura: nomen aquæ ad Appij honorem tantum pertinuit, qui multis tergiuersationibus extraxisse censuram traditur, donec & uiam, & aquæductum consummaret.

Virgo aqua. Plin. Agrippa, inquit, & Virginem adduxit ab octauo lapide diuerticulo 11. mil. paſſ. via Prænestina, iuxta Herculanum riuum, quæ refugiens uirginis nomen obtinuit. & rursus: Agrippa in æditilitate sua adiecta uirginea aqua, cœterisq; corriuatis, atq; emendatis lacus septingentos fecit. Ex quo Augustus Po. Ro. uinū petenti subiratum responſe ferunt: Tot aquas introduxit Agrippa gener meus, & uinum

Et unum queritis. Addidit autē Agrippa omnibus aquis signa ærea, aut marmorea, utpote dei aquarum, qualia nunc quædam in urbe cernuntur. Quod etiam testantur carmina insculpta in marmore, iacenti inter spineta, in Platea S. Pauli, quæ sunt hæc,

PERDIDERAT LATICVM LONGEVA INCVRIA CVRSVS
QVOS TIBI NVNC PLENO CAN THARVS ORE VOMIT.

Et Propertij hæc,

Et leuiter lymphis tota crepitantibus urbe

Cum subito triton ore recondit aquam.

Aedicula, inquit Frontinus, fonti apposita hanc uirginem pictam ostendit. Alij autem Virginem appellatam tradūt, quòd querentibus aquam militibus Virguncula uenas quasdam monstrauit, quas secuti ingentem aquæ modum inuenerunt. Fuluius autem ab ea porta, quæ Maior nunc uocatur, tanquam olim ab Esquilina, aut certe prope quæ fuerit, Labicanam, et prænestinam viam nunc egredi scribit. Labicana à dextris, iuxta formam aquæ Claudiæ, ad Columnam oppidum: Prænestina uero Galicanum nunc, olim Gabios, deinde Prænestine, à quo nomen accepit, tendit. A Cœliomontana uero incipit via Campana, quæ statim extra portam in duas dirimitur semitas: sed post pauca stadia utraq; Latinæ iungitur. Inter Cœliomontanam, et Latinā Gabiusam locauimus portam, à qua olim exiuit via Gabina, de ea ita meminit Liuius: P. Valerius T. Herminium cum modicis copijs ad I I. Lapidem Gabina

16 via

via occultatum obſidere iubet. Idem: Ad 111. lapidem uenere via Gabina. Fuerunt autem Gabij, ut diximus, via prænestina. Strabo: Sunt & Romanorum oppida à finistra Latinae, inter eam, & Valeriam Gabij extant, in via prænestina, ubi lathoniae sunt plusquam reliquæ, lapides Romæ suppeditantes, distantes Roma, & Prænestine ex aequo stadijs centum.

De ijs quæ extra portam Latinam, & Capenam fuere, uel sunt.

C A P . X V I I .

A Latina autem porta Via, eiusdem nominis, exit, quæ in Latinos populos dicit, uidelicet per Leuicanū, nunc Valmontonum, & nunc Campaniam usq; ad Casinatem S. Germani Saltum, de qua Strabo sic scribit: Præclarissimæ sunt viæ Appia, & Valeria, media inter has Latina est, ad Casinum oppidū iungitur Appiæ, xix. à Capua distans stadijs. In hac 1111. ab urbe lapide, fuit templū Fortunæ Muliebris, eiusdemq; deæ Simulacrum, nephas attingi nisi ab ea, quæ semel nupsit. Val. Max. Muliebre inquit, Fortunæ Simulacrum, quod est in via Latina ad quartum miliarium eo tempore cum in æde sua consecratum Cal. decembris, quo Coriolanum ab excidio urbis maternæ preces repulerunt, non semel, sed bis locum constitit, his uerbis: Rite me uidistis: Rite me dedicas. Eadem concipitur aqua Tepula x i. miliario diuerticulo euntibus ab Roma dextrorsus, sub terra prius, deinde arcuato opere, Iuliæ post admista. M. Agrippa ædilis proprias uires collegit, & Tepulae riuum interceptit, acquisitæq; ab inuentore nomē Iuliæ datum. Iulia autem reuocatis deriuationibus, per quas subripiebatur, modum suum,

Fortunæ muliebris.

Tepula
aqua

suum, quamvis notabili siccitate, seruauit. Tepula igitur inuenta, ex deducta ab Agrippa est, anno ab ur. cond.
D.CC.XIX. Imp. Cæs. Iulia uero ab Aureliano, ut scribit Anton. in itinerario. Via autem Valeria ad miliarium **XXXIII.** Frontinus aquam Marciam cōcipi scribit, de qua plura superius locuti sumus. Penultimam enim omnium portarū cis Tyberim Appiam appellauimus, à qua eiusdē nominis, cuius ex portæ, egreditur uia Ab Appio Claudio censore, qui Capuam usq; eam stravit, denominationem accepit, ea latitudine ut plaustra duo, ex aduerso inuicem occurrentia, libere exciperet. Liuius: Memoria felicitatis nomen Appijs, ex uiam truniuit, ex Appiam aquam in urbem deduxit. Quam quidem uiam Cæsar Dictator, uel exornauit, uel restituit. Plut. Commissa debinc illi Appiæ uiae cura, ingentes prodegit pecunias. Nouissimè uero Traianus eam restituens, Brundusium usq; stravit, desiccatis paludibus, excisis collibus, aggeratus uallibus, saxis cōstratis reliquis ijs circum, ac pontibus magnificientissimū operis excitatis, permeabilē fecit, autor Diony. Traianum autem quamplurima ædifica restituisse, ex literis in marmore apud Circum Maximum inuento incisis, satis appetet, quæ sunt huiusmodi,

I M P. C A E S. D I V I N E R V A E, F. T R A I A N O G E R M A N I C O D A C I C O P O N T. M A X. T R I B. P O T. V I I I. I M P. I X. C O S. P P. T R I B. Q V O D L I B E R A L I T A T E O P T I M I P R I N C I P I S C O M M O D A E O R V M E T I A M L O C O R V M A D I E C T I O N E A M P L I A T A S I N T.

Appia, inquit Strabo, ad mare protendit: prius tamen in Albæ, Aritiæq; ruinæ perducit, et muros olim Pontinæ paludis ad Terracinæ, inde per Fundos, Molas, et postea Sinucessam, et medium Stellatum campum usq; Brundusium; mox transuerso itinere per Atellanam nunc aduersam, Puteolis, et circum Baianum olim sinum, nunc Tripergulae balneas, usq; Cumas. Huic uiae, et Claudiæ non men datum inuenio. Sen. in ludo mortis Claudiū ait, Augustum, et Tiberium Cæs. Appia uia ad deos iuisse. Tempulum Martis celeberrimum eadem uia. Ouidius, Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra Appositum recte porta capena uiae.

Liuus: Viam Censores sternendam à porta Capena ad Martis templum locauere, semitamq; saxo quadrato strauerunt: hoc templum à Sylla in ædilitate sua consecratum fuit, supra centum columnas positum. Memorant autem

Martis templa duo fuisse tempora, unū intra urbem **Quirini**, quasi custodis, et tranquilli: alterū, de quo nunc, extra urbem,

Ancyle, quasi bellatoris, uel gradui. In Martis Ancile fuisse scribit Ser. gram. Verum cum præter hoc, et in urbe, et in campo Martio fuerint Martis tempora, de quo intelligat Ser. ignoratur: sicut et de Senatulo, quod erat apud Bel

Manalis lapis. Iuxta Martis fuit Manalis lapis quo per siccitatem in urbē relato, pluia statim manabat, hinc Manale dixerat, Sex. Pō. aut. Martis Signū in uia Appia, idq; Cn. Servilio, et Flaminio Coſſ. sudasse memorat Liuus. In eadem fuit Bonæ deæ Sacrarium: apud quod Clodium, et M. Papirium imperfectum fuisse, ait Cic. Lucas, et ædes Camœnarum extra portam Appiam à Fulvio Nobiliore condita

condita fuit, Autor. Asc. Ara Apollinis. Aedis spei, Miner
uae, extra eandem portam. præterea lucus Honoris, Virtu
tis Aedes. Liuius: Aedem Virtutis ad portam Capenam
Marcellus dedicauit. At honoris, & Virtutis intra ur
bem fuisse crediderim. Ad ipsam tamen portam, ut dixi.
Sunt enim hæc numina optimi ominis, quorū templa in ur
be excitanda uenirent, potius quam exira. Ad portam au
tem quasi admonerent proficiscentes ad bella, nisi per uir
tutem res strenue gesissent, aditum sibi non futurū ad ho
norem, & gloriam, hoc est ad triumphum. Hinc est quod
Augustinus ait: Neminem honoris templū ingredi posse,
nisi prius Virtutis esset ingressus. Marcellus autē in Cor
sicam, & Sardiniam nauigans grauissimam passus est
tempestatem, cumq; naufragio esset seruatus, Romam rea
uersus Tempestatis Aedem extra portam Capenam exi Tempestatis
tauit. Ouid.
ædes.

Te quoq; tempestas meritam delubra fatentur,

Cum penè est Corsis obruta puppis aquis.

Extra eandem portam ad 11. lapidem, Templum Ridiculi tem
culi, cui nomen inditum est, quod ibi Annibal castramentum
tus illusus reuersus esset. Via Appia hortos Terentianos
xx. iugerum fuisse legimus. Eadem via ad 11. lapidem
inter cedem S. Sebastiani, & Caput bouis in prælonga
conualle extat circus, siue Hippodromus, satis rudis, ab
Antonino Bassiano (ut creditur) extructus, ubi in medio
adhuc apparent metarum signa, & Obeliscus mira ma
gnitudinis, in plures confractus partes, cum notis Aegy=
ptiorum: ubi olympici olim fiebant ludi, ad exercendos
milites prætorianos, qui illic cotubernia à Tyberio Cæsa-

re constituta habebant. Calori amni secundo supra Sabba
Pons Valen tum miliario Valentinus pons fuit, in via Appia positus,
tinus. et appellatus à Valente imp. nunc dirutus. In eadem via,

Sinuessa. ubi ea primum attingit Masicum montem, urbs est Si=
nuessa, olim Pometia. Fuit priscis temporibus Appia uete
rum sepulchris à dextris, et finistris frequetissima, quo=
rum multa adhuc cernuntur uestigia: ueluti ex Tiburtino
lapide extructa sphærica forma, sine apice meta, cognomē
to nunc Caput bouis, quod illic undiq; bubulorum capi=
tum simulacra lapide cœlata uiderentur: ubi sepulchrum
Metellæ uxoris Crassi fuisse, hic index ostendit,

CAEILIAE Q. CRETICI F.

METELLÆ CRASSI.

Cic. primo Tus. An tu egressus, inquit, porta Capena cum
Calatini, Scipionum, Seruiliorum, Metellorum sepulchra
uides, miseris putas illos? In eadem Appia, v i. ab urbe la
pide, M. Tullij, et Tulliorum monumenta fuere, ut mar
mora inscripta, ibiq; inuenta aperte significarunt. In gen
tili autem Scipionum sepulchro Ennium positum cōme=
morat Cic. pro Archia: Charus, inquit, fuit Africano su=
periori noster Ennius, itaq; in sepulchro Scipionum puta
tur is esse cōstitutus. Ad huius sepulchri ornamētum tres
fuerant statuae, duæ P. et L. Scipionum: tertia ipsius En=
nij, autor Liuius, qui de loco ubi Publius mortuus, et se=
pultus anceps, sic sequitur: Alij Romæ, alijs Literni, et
mortuum, et sepultum, utrobiq; monumenta ostendūtur,
et statuae: nam et Literni monumentum, monumentoq;
statua superimposita fuit, quam tempestate disiectam nu=
per

peruidimus ipsi, et Romæ extra portam Capenam in Scipionum monumento tres statuæ sunt, duæ P. et L. Scipionum dicuntur esse, tertia poetæ Q. Ennij. Et tamen quinto quintæ dec. pro certo uidetur tenere Africanum Literni esse sepultum. Sunt enim apud ipsum M. Seruilius Coss. cōtra Ser. Galbā pro L. Paulo Aemilio uerba hæc: Satis peccatū in Camillo à maioribus nostris est, quem tam ante receptam per eum à Gallis urbem uiolauerunt. Satis insuper uobis in P. Africano Literni domiciliū, et sedem fuisse domitoris Africæ, Literni sepulchrū ostēdi. In basi autem statuæ Ennij hæc erant incisa carmina,

ASPICITE O. CIVES SENIS ENNII
IMAGINIS FORMAM.

HEIC VOSTRVM PANXIT MAXIMA
FACTA PATRVM.

NEMO ME LACRVMIS DECORET
NEQVE FVNERA FLETU
FAXIT CVR VOLITO VIVVS PER
ORA VIRVM.

Sepulchrum sororis Horatij, eius, qui ex tergeminis superstes ipsam interfecit, ex saxo quadrato constructum sicut ante portam Capenam, quo in loco ipsa ceciderat. Extra eadē portam Horatiorū sepulchra, Campusq; ubi pugnauerūt collocatur: et locus Mercurio sacer, Aquaq; Mercurij appellata: ad quam cum conuenisset Po. Rom.

H 4 uniusq

unusquisq; lauri ramo alterius caput ea aspergebatur aqua,
Mercurium inuocans, ut aspersis, peccata, præsertim
periuria, dilueret. Ouid.

Est aqua Mercurij portæ uicina Capenæ,
Si uiuat expertis credere, numen habet.

Statius autem Appiam omnium aliarum uiarum reginam
appellauit, in qua ad quintum lapidem sepultus est Pom-
ponius Atticus, in monumento Q. Cæcilij auunculi sui, ut
inquit Cor. Nepos. Cæditia Tuberne in via Appia, Do-
mini nomine sunt uocatæ. Sex. Pomp. Lucas Egeriæ ex-
tra portam Capenam, quod Camoenis sacrauit Numa.

Via Lauren Via Laurentina in Appiam incidebat, in qua sexto ab ur-
tina, be miliario, fermè ubi S. Sebastiani est passionis locus Ter-
Terminalia. minalia, id est, festa Termino deo sacra, magno populi
concursu celebrabantur. Estq; is Terminus, qui, cum in
Capitolio ædes Iouis dedicaretur, ceteris diis cædentiis
bus, cædere noluit.

De ijs quæ extra portam Hostiensem, & reliquas
in genere.

C A P . X V I I I .

Vltima urbis porta cis Tyberim, & ab ea, quæ egre-
ditur uia, Hostiensis dicitur: quod Hostiam Tybe-
rinam, ab Anco rege conditam, mittat: hæc autem porta
prius Tergeminorum fortita nomen ad radices Auenti-
ni, ut uisum est, steterat, extra quam Liuius primo dec.
quintæ Emporium sic ponit: Aediles extra portam Ter-
geminam Emporium lapide strauerunt, stipitibusq; sepse-
runt, & Porticum Aemiliam reficiendam curarunt, gra-
dibusq; ascensum ab Tyberi in Emporium fecerunt. Sed
nunc locum intra urbem esse opinamur, quod innuunt
uerba

uerba Liuij ultimo loco posita, emporium ipsum prope Tyberim ostendentia. In TransTyberina regione tres extant portæ: Portuensis, Aurelia, Fontinalis, siue, ut alij uolunt, Septimiana. A Portuensi inchoat uia eiusdem nominis, quæ dicit ad portum Hostiensem: à quo, sicut ex porta, nomē accepisse fertur. In eo autem portu fuit ædes Portumni, qui portubus præst, in cuius ædis ædificatio= Portumni ne portumalia celebrata esse traditur. Via autem Aure= ædes. lia egreditur à porta eiusdem nominis, quæ, ut diximus, Portumalia. tendit per maritima Thusciæ, Pisas uersus, ab Aurelio cōsulari uiro, ex strata, et denominata: unde cōsularis erat uia. Huius meminit Cic. in Catilinam, et Eutropius sic: Etruriæ per Aureliam usq; ad Alpes maritimæ ingentes agri sunt. Traiana etiā est dicta à Traiano imp. qui eam restituit. In hac fuerunt Horti Galbae imp. ubi idem princeps sepultus fuit. autor Suet. Fontinalis, siue Septimiana porta, in Campum Vaticanum olim mittebat, ex Ianiculum, sicut Vaticana, seu Triumphalis: de qua supra facta est mentio. Sueton. tradit uiam Vitelliam fuisse ab Ianiculo usque ad mare.

L A V S D E O O P T . M A X .

INDEX RERVM NOTATV

dignarum in hoc opusculo.

A	Borigines Siculis ex- pulsis Romam tenuer- e.	ter Anio flumen	11 301
		pag. 9 Anio nouus et uetus	303
	Accae sepulchrum	147 Anseris argenteum simula-	
	Aelia porta	36 crum in Capitolio	63
	Aeliorum domus	205 Antes	241
	Aemiliij lepidi statua	56 Antinous puer	198
	Aeneas Sylvius Italiæ rex	Antipolis	39
		11 M. Antonij domus	126
	Aeneas Latino regi gener factus Lauinia in uxore rem accepta	Antonini Pij porticus et columna	254
	Aequimelium	150.127 stinæ	124
	Aerarium in templo Saturini	Apis templum	223
	Aesculapij simulacru	110 Apodyteria	179
	Agon	279 Apollinis Colosbus in Capi-	
	Agouensis porta	30 Apollinis templum	84
	Agrippa rex Italiæ	11 289.230	
	Agrippinae lauacrum	211 Appia porta	34
	Albula	270 Appia via	176
	Almo fluuius	177 Aqueductus	168
	Alisetina aqua	285 Aquam ceteris praestare ele-	
	Alta Semita	221 mentis	168
	Amphitheatrum	166 Aqua uirgo 258. et 304	
	Amulius numitoris frā	C. Aquilij domus	211
		Arcades	

I N D E X.

<i>Arcades Euādro duce Ro-</i>	<i>Bellonæ templum</i>	233
<i>mæ partem tenuere</i>	9	<i>Bibliothecarum publicarū</i>
<i>Arcus ueteres Romuli</i>	79	<i>inuentores</i>
<i>Arena amphitheatrum di-</i>		<i>Bibliotheca Augusti</i>
<i>cum est</i>	164	<i>Bibliotheca Pauli</i>
<i>Argiletus</i>	149	<i>Bibliotheca Vulpia</i>
<i>Arma Romani priuatim nō</i>		<i>Bonæ deæ templum</i>
<i>tenebant</i>	167	<i>Boni Euentus simulacrum</i>
<i>Armilustrum</i>	166	<i>Praxitelis opera in Capi-</i>
<i>Arx urbis</i>	40	<i>tolio</i>
<i>Ascanius Albam cōdedit</i>	10	<i>Boni Euētus templū</i>
<i>Afinaria porta</i>	33	<i>Bonæ fortunæ statua in Ca-</i>
<i>Asylum</i>	49	<i>pitolio</i>
<i>Atys rex Italie</i>	11	<i>Bruti statua</i>
<i>Atrium Palatij</i>	69	<i>Busta Gallica</i>
<i>Auentinus rex Italie</i>	11	<i>C Aballus mons Quiri-</i>
<i>Auentinus mons</i>	4.161	<i>nalis.</i>
<i>Aufera aqua</i>	206	<i>Caci spelunca</i>
<i>Augusti porticus</i>	263	<i>Cæsaris domus</i>
<i>Augusti palatum</i>	263	<i>Cæsaris statua</i>
<i>Augusti mausoleum</i>	264	<i>Cæsaris templum</i>
<i>Augusti templum</i>	91.133	<i>Camilli arcus</i>
<i>Auguratorium</i>	88	<i>Camœna porta</i>
<i>Aurelia porta</i>	35	<i>Campus Martius</i>
<i>Aurelium tribunal</i>	267	<i>Capena porta</i>
B Acchi templum	302	<i>Capetus rex Italie</i>
Balbini domus in Ca-		<i>Capitolij nomina uaria</i>
<i>rinis</i>	199	<i>Capitolij limina ænea</i>
Balnearum amantes	180	<i>Capitolia aurea cur uoca-</i>
		<i>uit Virg</i>

I N D E X.

<i>uit Virgilius</i>	66	<i>Cerei sacri</i>	152
<i>Capitolij laudes</i>	66	<i>Circus Flaminius</i>	229
<i>Capitolium uetus</i>	220	<i>Circus maxim⁹ 151. et 153</i>	
<i>Capitolij conflagratio</i>	41	<i>Cyprius uicus</i>	125
<i>Capitolinus mons pag. 2</i>		<i>Claudiæ aquæ ductus</i>	171
<i>Capys rex Italiæ</i>	11	<i>Claudij Cæsaris tēplū</i>	175
<i>Carcer Pl. Romanæ</i>	135	<i>Clitellæ</i>	297
<i>Carceres unde dicti</i>	152	<i>Cliuus Capitolinus</i>	58
<i>Carinæ</i>	196	<i>Cloaca maxima</i>	114.116
<i>Carinæ urbis</i>	99	<i>Cœlius mons</i>	3.85.164
<i>Carmetæ ara et fanū</i>	136	<i>Cœliomontana porta</i>	33
<i>Carmentalis porta</i>	15	<i>Cœliolus</i>	164
<i>Carmentæ saxum</i>	60	<i>Collatina porta</i>	29.30
<i>Carnæ deæ templum</i>	174	<i>Collis hortulorum</i>	6
<i>Castellum in aqueductibus</i>		<i>Colosseum</i>	193
<i>quid</i>	170	<i>Coloſſus Martis</i>	235
<i>Castellarius</i>	170	<i>Coloſſus Neronis</i>	200
<i>Castoris et Pollucis tem⁹</i>		<i>Columna Antonini</i>	254
<i>plum</i>	91	<i>Columna bellica</i>	233
<i>Castoris et Pollucis sta=</i>		<i>Columna Mœnia</i>	120
<i>tua in Capitolio</i>	55	<i>Comitium</i>	105.118
<i>Caſtra peregrina</i>	165	<i>Concordiæ templū</i>	67.96
<i>Caſtrum custodiæ</i>	302	<i>Constantini arcus triumpha</i>	
<i>Q. Catuli domus</i>	211	<i>lis</i>	163
<i>Cestij sepulchrum</i>	191	<i>Constantini palatium</i>	165
<i>Chrysocola</i>	154	<i>Constantini thermæ</i>	217
<i>Ciceronis domus</i>	86	<i>Consus deus cōſiliorū</i>	155
<i>Citorus mons</i>	256	<i>Consualia</i>	155
<i>Circenses ludi Neptuno et</i>		<i>Corneliorū dom⁹</i>	150.217
		<i>Corneliorum</i>	

I N D E X.

<i>Corneliorum uicus</i>	217	<i>Esquilium forum</i>	203
<i>Corneliae Gracchorum ma-</i>		<i>Exquolina porta</i>	31. & 32
tris statua	56	<i>Euāder Vrbis cōditor</i>	12
<i>Coruina domus</i>	246	<i>Euentus simulacrum</i>	242
<i>M. Crassi domus</i>	211	F <i>Abianus arcus</i>	128
<i>Cremari Romanorū corpo-</i>		<i>Fagutal sacrificium in</i>	
ra q̄s primus cēsuit	202	colle Viminali	211
<i>Crescentij arx</i>	294	<i>Fagutalis lucus</i>	199
<i>Critolai Phenomenon li-</i>		<i>Fatua casuissima fauni</i>	50=
bri	47	<i>ror</i>	183
<i>Curia</i>	70.131	<i>Faunus rex Aboriginū</i>	9
<i>Curiæ due urbis</i>	113	<i>Fauni ædes</i>	280
<i>Curtius lacus</i>	114	<i>Fauni templum</i>	165
D <i>Ecijs palatiū</i>	210	<i>Faunus unde dictus</i>	165
<i>Dianæ tēplū</i>	164.162	<i>Fauſtinæ templum</i>	91
<i>Diocletiani thermæ</i>	211	<i>Fauſtuli corpus</i>	113
<i>Ditis ara</i>	245	<i>Febris fanum & ara</i>	83
<i>Doliola iuxta cloacam</i>	117	<i>Felicitatis templum</i>	208
<i>Domitiani arcus</i>	260	<i>Ferentina porta</i>	28
E <i>Mporium</i>	190	<i>Fictiliū usus</i>	189
E <i>Epulones</i>	191	<i>Ficus Ruminalis</i>	74
<i>Equiriae</i>	244	<i>Ficulensis porta</i>	30
<i>Equeſtris statua in platea</i>		<i>Ficulnensis via</i>	301
lateranensi	166	<i>Fidei statua</i>	54
<i>Equi Phidiæ & Praxitelis</i>		<i>Fidei templum</i>	53
opera	217	72. & 83.	
<i>Equi Traiani imago</i>	102	<i>Flaui Sabini domus</i>	222
<i>Esquilinæ</i>	5.195	<i>Flauiæ gentis templū</i>	263
<i>Esquelinus campus</i>	201	<i>Floræ ædes</i>	157
		<i>Flore</i>	

I N D E X.

F lora <i>e</i> circus	225	Fortun <i>e</i> Seia <i>e</i> ades	200
F loralia	225	Fortun <i>e</i> male <i>f</i> anum	203
F lores campus unde di <i>c</i> lus		Fortun <i>e</i> Seia <i>e</i> simulacrum	
	237	157	
F lum <i>e</i> tana porta	21. et 28	Fortun <i>e</i> uirilis templum	
F ontinalis porta	34	137	
F ortun <i>e</i> templum	48	Forum Augusti	123
F ortun <i>e</i> primigeni <i>e</i> et ob <i>s</i> sequentis templum	53	Forum Archimoni <i>ū</i>	224
F ortun <i>e</i> bon <i>e</i> statua in capitolio	54	Forum boarium	141
F ortun <i>e</i> respicientis uicus		Forum C <i>æ</i> esaris	122
	89	Forum Holitorium	135
F ortun <i>e</i> primigeni <i>e</i> ades		Forum piscarium	136
	145. 224	Forum Suarium	251
F ortis Fortun <i>e</i> templum		G Abiusa porta	33
	146. 285	G alieni arcus	204
F ortun <i>e</i> mascul <i>e</i> templum	145	Gallina C <i>æ</i> esaris à qua uilla	
		eius ad Gallinas	296
F ortun <i>e</i> paru <i>e</i> tēplū	145	Gellium taxat	162
F ortun <i>e</i> uidentis templum		Gemoni <i>e</i> scale	187
	145	Genij ara	155
F ortun <i>e</i> bene speratis templum		Genij Penates, urbis presi <i>d</i> es	156
	145	Gop <i>ro</i> nia	131
F ortun <i>e</i> conuertentis templum		Gladiatorium munus	167
	145	Gordiani arcus	203
F ortun <i>e</i> p <i>ro</i> sper <i>e</i> ades	145	Gordianorum domus	206
F ortun <i>e</i> equestris ades		Gr̄ecostasis	130
	195	H Adriani moles	292
		Heliogabal <i>ū</i> deus	84
		Herculis	

I N D E X.

Herculis statuae in Capito=	Iani plures	134	
lio	Iani templum	90	
Herculis imberbis statua	Iani templum cur claudeba	.	
Herculis templum	tur	133	
Herculeana decima	Ianus portarum custos,	.	
Herculis custodis templum	rector viarū cū clavi et uirga figurabatur	134	
		234	
Herculis musarū ædes	Iani custodis tēplum	50	
Herculis triumphalis sta=	Ianus quare bifrons funga=	.	
tua	tur	51	
Herculis uictoris templum	Iani simulacrum	54	
142.163	Ianiculus	284	
Hieroglyphicæ literæ	Ianualis porta	18	
Hylerna lucus	Ianuæ unde dictæ	149	
Honoris tēplū	Insula Tyberina	278	
Honoris et uirtutis tem=	Interaggeres	30.213	
plum	Iouis Statoris templum	.	
Horaria pila	121	69.234	
Horatij Coclitis arcus	Iouis, Iunonis et minerue	.	
Horatij locus enucleatus	facellum	220	
85.122.129.201	Iouis Elicij ara in Auentis	.	
Horrea po. Romani	no	184	
Hostiensis porta	Iouis feretrij templum	42	
Hostilia curia	Iouis Opt. Max. tēplū	43	
I anus Italiæ rex Satur=	Iouis inuentoris ara	186	
num in partem impe=	Iouis tonantis ædes	48	
rij admisit	9	Iouis custodis templū	51
Ianus unde dictus	Iouis sponsoris ædes	53	
Ianus quadrifrons	Iouis pistoris ara	53	
	Iouis		

I N D E X.

- I**ouis capitolini statua 53 **L**atina porta 33
Iouis uictoris templū 84 **L**atium forum 205
Iouis cœnatio in monte Pa **L**athomiae 206
 • latino 88 **L**aurus Augusti 88
Isis 248 **L**eges à Romulo instit. 61
Isidis templum 177. **L**ibera porta 17
 208.248 **L**iberatī templum 53. et 184
Iugarius uicus 77 82. et 184
Iunonis Laciniae ædes 203 **L**icinianum palatium 206
Iunonis Lucinæ ædes 262 **L**icini toforis sepulchrū 299
Iunonis monetæ templum **L**ignarij 190
 49. 68.185 **L**ucanus pons 303
Iunonis reginæ templum **L**ucani locus expositus 187
 52.184.137 **L**udorū celebrationes 132
Iunonis Soffitæ ædes 82 **L**unæ templum 184
Iunonis Matutæ ædes 133 **L**upas dici meretrices 11
Iupiter Panarius 107 **L**upanaria in circo 160
Iuturnæ ædes et lacus 259 **L**uperkal 73
Iuturnæ fons 160 **M**Acellū Libyæ 204
Iuuentutis ædes 157 **M**agnæ matris Ideæ
Iuuenalis loc⁹ enodat⁹ 34 **temp**plum 82
 121.160.163.178.214.296 **M**aneus pons 303
LActaria columnna 136 **M**anurri uicus et statua
Laocoontis statua 198 222
Larum ædes 83 **M**anlij domus in Capito=
Lateranorum domus 165 **lio** 66
Latinus rex Aboriginū 10 **M**arcia aqua 206
Latin⁹ Sylui⁹ Italie rex 11 **M**arforij simulacrum 107
Latini unde dicti 10 **M**arianum facellum 205
 Marij

I N D E X.

<i>Marij trophæa</i>	204.266	<i>Myagirus deus muscarum</i>
<i>Marmoris crustis domum</i>		<i>congregator</i> 143
<i>primus Manurra exor-</i>		<i>Mœcenatis turris</i> 201
<i>nauit</i>	175	<i>Mœniana</i> 120
<i>Martialis locus expositus</i>		<i>Mons aureus</i> 36
34.90.91.125.150.164.		<i>Mugonia porta</i> 17
194.198.208.221.224.		<i>Mulierum scenatus</i> 224
235.255		<i>Murcea Venus</i> 164
<i>Martialis campus</i>	175	<i>Murtius</i> 151
<i>Martis templum</i>	230.233	<i>Mutia prata</i> 286
<i>Martis ultioris tēplū</i>	52.95	N <i>Aumachia</i> 157.262
<i>Matris deūm cella</i>	140	<i>Næniæ templū</i> 301
<i>Matutæ ædcs</i>	145	<i>Nauia porta</i> 32
<i>Matutæ matris templū</i>	185	<i>Nemesis simulacrum in Ca-</i>
<i>Mausoleum quid</i>	265	<i>pitolio</i> 54
<i>Medius, fidius, Sanctus, Sa-</i>		<i>Neptunus eques</i> 155
<i>binorum dij</i>	223	<i>Neptuni ara</i> 235
<i>Megalesia</i>	62	<i>Neptuni ædes</i> 232.245:
<i>Mentis templum</i>	52	257
<i>Mercurij ædes</i>	157	<i>Neptuni facellum</i> 217
<i>Mercurij porticus</i>	235	<i>Neronis domus aurea</i> 199
<i>Meta sudans</i>	192	<i>Neruæ arcus</i> 105
<i>Metrodij porta</i>	33	<i>Neruæ forum</i> 104
<i>Mezentius Hetruscorum</i>		<i>Nicolai Raince abbatis san-</i>
<i>rex</i>	10	<i>eli Calesij meminit</i> 188
<i>Miliarium aureum</i>	111	<i>Nili simulacrum</i> 55.291
<i>Milonis domus</i>	59	<i>Nouati thermæ</i> 211
<i>Mineruæ templum</i>	46.	<i>Numæ atrium</i> 72
184.250:		<i>Numæ sacrarium</i> 136

I N D E X.

N umæ sepulchrum	286	in Capitolio	85
N umæ libri	286	Palus Caprea	246
N umentana porta	30	Pan Lycaeus	73
N umitor Procæ filius	11	Pandana porta	17
O Beliscus Cæsaris	289	Pantheon	226. et 239
O obeliscus	158. 260	Paterpatratus foedera iei-	
O ctavia porticus	228	ensi turabat	65
O lympiadis thermæ	211	Patricius uicus	209
O pimij basilica	130	Pauli balinea	217
O pis templum	52	Pauli basilica	122
O siris	248	Pelasgi auxilio Arcadibus	
O uidij loci enodati	85. 49.	fuere	9
	92. 95. 97. 125. 129. 134.	Penatium templum	85
	138. 141. 144. 147. 152.	Phyllidis domus	157
	160. 175. 184. 187. 192.	Piconia fons	206
	196. 203. 214. 216. 234.	Pictatis templum	134. 259
	237. 244. 245. 248. 259	Pincius mons	225
	273. 279. 297. 298	Pinciana porta	29. 225
O uilia	255	Pyramides	190
P Acis templum	97	Plateæ Antonianæ	89
P acis ara	98	Pomerium Vrbis	23
P alantium extructū ab Ar-		Pompeij domus	160
cadibus	9	Pompeij domus in Cari-	
P alatinus mons	2	nis	199
P alatijs etymon	80	Pompeij atrium, curia, et	
P alatijs moles	89	domus	237
P alatual sacrificium	89	Pompeij theatrum	235
P alladium	85	Pomponij Attici domus	228
P allium lancistrū, purpureū		Pons Caligulae	111
		Pons in	

I N D E X.

Pons in campo Martio	258	Quirini templum	221
Pons sublicius	262	Quirini porticus	221
Pons Miluius	273	Quirinalis mons	3.216
Pontes Vrbis	273	Quirinalis porta	29
Porta populi	29	R Emoria	167
Porta ripæ	35	R Remurius mons	182
Portæ Vrbis: quære, Vrbis portæ		Rhea Romuli mater	17
Portuensis porta	35	Rheni fluminis simulacrum	
Portia basilica	131	107.111	
Porticus Liuiæ	124	Roma condita XII . Cal.	
Porticus Claudia	125	Maïas	12
Prænestina uia	204	Romæ appellatio	83
Priapus in Mœcenatis hor= tis colebatur	201	Romanum forum	105
Procas rex Italæ	11	Romana porta	17
Proserpinæ ara	246	Romanula porta	17
Prothyrum	241	Romuli casa	86
P <small>ro</small> toty <small>u</small> rg <small>h</small> ip <small>e</small> s Iani filiæ qua= re dictæ	47	Romuli regnum	11
Pudicitiae ædes	145	Romuli hastæ in arborë	88
Puteas	129	Romuli templum	73
Puticole	304	Ronuleus mons	81
Q Verquetulanus lucus		Rofstra	92.112
Querquetulanus mons qui er Cœlius	164	Ruma pars gulturis	76
Quictis ædes	195	Rumon	270
Quintia prata	294	S Abbatina aqua	291
		Sacra uia cur dicta	128
		Salaria porta	30
		Salinæ	140
		Saliorum curia	67
		Salustiani horti	222
		x 2	Salutis

I N D E X.

<i>Salutis templum</i>	53	<i>cere</i>	283
<i>Salutis ædes</i>	100.223	<i>Sibyllæ Tiburtinæ simulacrum</i>	301
<i>Saturnius mons</i>	39	<i>Sibyllini libri in Capitolio scrabantur</i>	66
<i>Saturnia</i>	39	<i>Sicilia locus in monte Pa-</i>	
<i>Saturnus Aboriginum rex</i>		<i>latino</i>	88
<i>Italiam tenuit</i>	9	<i>Siculi primi omnium urbem</i>	
<i>Saturni filij ex Oenotria</i>	47	<i>Romam coluere</i>	9
<i>Scelerata porta Carmenta-</i>		<i>Syllæ statua</i>	36
<i>lis dicta</i>	16	<i>Syluani templum</i>	209
<i>Sceleratus campus</i>	223	<i>Sylvius Ascanio fratri suc-</i>	
<i>Scipionis statua</i>	56	<i>cessit</i>	10
<i>Secretarium urbis</i>	108	<i>Sifimini basilica</i>	201
<i>Seiuges in capitolio</i>	65	<i>Socordiac facellum</i>	151
<i>Senatulum</i>	79.131	<i>Solis ædes</i>	157
<i>Sepeliri in urbe quibus lice-</i>		<i>Solis templum</i>	226
<i>ret</i>	247	<i>Solis & Lunæ ædes</i>	100
<i>Septem sale</i>	197	<i>Solis turris</i>	220
<i>Septimij arcus</i>	108	<i>Sesoriani palatum</i>	165
<i>Septimana porta</i>	36	<i>Sororium Tigillum</i>	125
<i>Septizonium</i>	161	<i>Spei templum</i>	136
<i>Septodium</i>	162	<i>Statilij Tauri amphitheat-</i>	
<i>Septisolum</i>	162	<i>rum</i>	167
<i>Serapis</i>	248	<i>Stercoraria porta</i>	60
<i>Sertinijs fornix in circo ma-</i>		<i>Suburra</i>	208
<i>ximo</i>	159	<i>Suburra plana</i>	200
<i>Seruorum dies festus</i>	183	<i>Suburranus cliuus</i>	204
<i>Sexagenarios de ponte deiij</i>		<i>Summanus</i>	45
		<i>Taber</i>	

I. N D E X.

T Abernolæ regio	205	Tiberiana domus	67
Tabulæ legum in C4		Tyberis unde dictus	269
pitolio	60	Tyberinus rex Italæ	11
Tarpeiarupes	60	Tiburtina	30
Tarpeius mons	40	Tiburtina Pila	224
Arquinij aggeres	201	Tygris simulacrum	55
Taurina porta	32	Thurarius uicus	77
Telluris templum	99	Traiani columnna cochli-	
Terentum	270	dis	103
Terentus	245	Traiani forum	101
Tergemina porta	34	Transitorium forum	104
Terminus deus	51	Trigonia porta	17
Testacius collis	188	Tropheum quid	205, 268
Testamentum Iocundi	209	Triumphales arcus	162
Tetricorum domus	175	Triumphalis porta	34
Theatrum	166, 227	Tuberonum locus	160
Thermæ	178	Tullianus carcer	106
Thermæ Antonianæ	180	Turris militiarum	216
Thermæ M. Agrippæ	238	Turres murorum urbis	37.
Thermæ Declanæ	187	et 360	
Thermæ Hadriani	198	Turnus Rutulorum rex	10
Theatrum Marcelli	228	V Allis martia	262
Thermæ Neronis	242	Vaticanus mons	268
Thermæ Philippi	198	Veionis templum	49
Thermæ Seueri	285	Velabri ædes	147
Thermæ Titi	197	Velaturam facere	147
Thermæ Varianæ	187	Velia summa	68
Thuscus uicus	78, 164	Veneris Cloacinae ædes	99
		x 3 Veneris	

I N D E X.

Veneris Erycinæ templum	Via noua	74
32.298	Via sacra	128
Veneris Caluæ templum	Via salaria	298
Veneris uerticordiæ tem=	Via triumphalis	290
plum	Vias urbis fuisse silice stra-	
Veneris genetricis tem=	tas	295
plum	Victoriæ templum	32.81.
Veneris ♂ cupidinis tem=		82.184
plum	Victoriæ statua	34
Veneris uictricis ædes	Vicus publicus	147
Venus Murcea quare di=	Vicus sceleratus	126
cta	Villa publica	256
Veneris ædes prope Cir=	Viminalis mons	3.210
cum	Viminalis porta	30
Verbena è loco sacro Capi	Virbius ciuius	199
tolij sumebatur	Virgilij domus	201
Vertumnus deus	Virgilij locus enodatus	16.
Vertumnus templum	29.40.103.133.181.185.	
Vertumnalia festa	265.287.66.72.	
Vespasiani palatium	Viriplacæ deæ templum	83
Vespasiani arcus	Vitriiorum uicus	189
Vestæ templum	Vlubris locus	197
Vestæ ædes	Volcani templum	95
Vesta unde dicta	Vnio Cleopatræ	240
Via Aemilia	Vrbis magnitudo	25
Via Tyberina	Vrbis primum conditæ for=	
Via Flaminia	ma	13
Via lata	Vrbis portæ	15.16.17.
		295

I N D E X.

295.298.301	<i>mi</i>	,
Vrbis ambitus	18. et 22	Vulcani ædes
Vrbis mœnia	18	Xysti
Vrbis Romæ cultores pri-		X

F I N I S.



